unus imperator, unus exercitus hostium in Italia esset: nunc duo
bella Punica facta, duos ingentis exercitus, duos prope Hanni-
bales in Italia esse. quippe et Hasdrubalem patre eodem Hamil- 6
care genitum, aeque inpigrum ducem, per tot annos in Hispania
Romano exercitatum bello, gemina victoria insignem duobus ex-
ercitibus cum clarissimis ducibus deletis. nam itineris quidem 7
celeritate ex Hispania et concitatis ad arma Gallicis gentibus multo
magis quam Hannibalem ipsum gloriari posse: quippe in iis locis 8
hunc coegisse exercitum, quibus ille maiorem partem militum
fame ac frigore, quae miserrima mortis genera sint, amisisset.
adiciebant etiam periti rerum Hispaniae, haud cum ignoto eum 9
duce C. Nerone congressurum, sed quem in saltu impedito de-

nulla – errore, durch nichts (etwa das Heer selbst, das Terrain usw.) mehr sicher; nachdrücklicher als das gewöhnliche *errore h. tutiora quam* etc., s. 9, 33, 5; *nec in vulgus quam optimo cuique gratiorem.* — *insequi* etc., dass ein noch über 30000 M. starkes Heer im Lager blieb, ist übergangen, s. § 10. — *praedae*, um seine Beute zu werden. — *imper. – ausp.*, die den höchsten röm. Magistraten übertragene, von dem Volke und den Göttern anerkannte Amtsgewalt ist hier mehr rhetorische Form, da der Inhaber derselben sie durch einen Stellvertreter ausüben lassen konnte, s. 21, 40, 3.

5. Die gefahrvolle Lage Italiens. — *veteres – proximo a.*, als Gegensatz durch die Stellung gehoben, vgl. c. 33, 10. *duo c. interf.*, die Ermordung, c. 9, 1 ein Missverständniss war nicht zu erwarten; die Verbindung mit *clades* wie § 7 *celeritate* etc. s. 35, 11, 12. — *ea omn.* = *veteres et recentes clades.* — *esset*, die ganze Zeit über, in welcher das mit *omnia* Angedeutete geschah. — *duos* etc., Uebergang zum Folg.

6—8. Die Bedeutung Hasdrubals. — *prope Hann.*, s. Cic. Sest. 43, 93: *duo illa reipublicae paene fata.* — *eodem – aeque*, n. *ac Hannibalem.* — *gemina.* s. 25, 34; 36. — *nam – quid.*, rhetorische Begründung, c. 50, 3; 8, 33, 17: *nam populi quidem:* er stehe in mancher Beziehung sogar höher als Hann., denn erst. — *ex Hisp.* ist um es nachdrücklicher *Gallicis* gegenüber zu stellen von *itineris* getrennt und an das Ende gerückt, vgl. 2, 56, 14: *concursus hominum in forum ex tota urbe.* — *in iis loc.*, rhetorische Steigerung. — *quibus* ohne *in* wie c. 22, 5; 29, 30, 11 u. a. — *quae – sint* wird *amisissent* gegenüber als allgemeiner Gedanke bezeichnet; vgl. 26, 24, 5.

9—10. Neros Unfähigkeit. — *periti H.*, seine Ueberlistung, 26, 17, wäre nicht allgemein bekannt geworden. — *impedito*, s. 9, 2, 8: *saltum altiorum impeditioremque.* —

prensus forte haud secus quam puerum conscribendis fallacibus condicionibus pacis frustratus elusisset. omnia maiora etiam vero praesidia hostium, minora sua, metu interprete semper in deteriora inclinato, ducebant.

45 Nero postquam tantum intervalli ab hoste fecerat, ut detegi
2 consilium satis tutum esset, paucis milites alloquitur: negat ullius
consilium imperatoris in speciem audacius, re ipsa tutius fuisse
3 quam suum; ad certam eos se victoriam ducere: quippe ad quod
bellum collega non ante, quam ad satietatem ipsius peditum atque
equitum datae ab senatu copiae fuissent, maiores instructioresque,
quam si adversus ipsum Hannibalem iret, profectus sit, eo ipsos,
quantumcumque virium momentum addiderint, rem omnem in-
4 clinaturos. auditum modo in acie — nam ne ante audiretur,
daturum operam — alterum consulem et alterum exercitum ad-
5 venisse haud dubiam victoriam facturum: famam bellum conficere,
et parva momenta in spem metumque impellere animos; gloriae

forte, um Hasdrubal zu entschuldigen, und Nero nicht ein Verdienst dabei zuzuschreiben. — *elus.*, ihm mitgespielt habe, s. 28, 44, 17. — *maiora vero*, 25, 24, 9: *maiora ac terribiliora vero afferre.* — *praesidia*, Hülfsmittel, Truppen, Feldherrn usw. — *interprete*, nach den Eingebungen. — *inclinato*, immer geneigt, Alles nach der für den Fürchtenden nachtheiligen Seite zu nehmen, s. 21, 32, 7; 28, 31, 4.

45. 1—3. *interv. – fecerat*, bewirkt hatte, dass eine so grosse Entfernung statt hatte, ein so grosser Raum zwischen ihm und dem Feinde lag, 24, 7, 5; 28, 16, 3: *idque – aliquantum intervalli fecit.* — *ad sat.* steht nicht mit c. 35, 11, sondern mit c. 38, 8; 11 in Beziehung, vgl. c. 40, 13. — *certam* etc. hängt von dem aus *negare* zu nehmenden *dicere* ab. — *eo* ist nicht deutlich; da aber *ad quod bellum* mit Nachdruck an die Spitze gestellt ist, so liegt es am nächsten es auf *bellum* zu beziehen, wie L. oft *eo bello* sagt, s. 29, 26, 1; 45, 20, 1 usw. Im Folg. ist die Hauptsache *rem omnem inclinat.*, wie schon *omnem* und § 6 *rem totam* zeigt, darauf ist also wol auch *ipsos* zu beziehen, s. § 5 *omnem* etc.: Livius sei zu dem Kampfe vollkommen gerüstet, könne ihn wol allein bestehen; s i e also würden, eine wie geringe Truppenzahl sie auch (zu dem wolgerüsteten Heer) als den Ausschlag gebendes Moment hinzufügten, doch die ganze Sache entscheiden; etwas anders ist der Zusammenhang 21, 33, 4: *quidquid adiecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore;* ebenso verm. Madvig an u. St. *eo ipsi si* um *eo:* dazu, mit *quantumcumq.* zu verbinden. — *inclinat.* von der Wagschale entlehnt, wie *momentum*, 32, 30, 9: *rem totam inclinarent.*

4—5. *auditum*, wenn man nur höre, es bedürfe weiter nichts, 28, 26, 7; über das Partic. s. c. 37, 5. — *audiretur*, wo auch *audiatur*, was die Sp. Hds. hatte, stehen konnte, wie § 3 statt *datae – fuissent* dem folg. *profect. sit addiderint* entsprechend, *datae – fuerint*, s. 35, 12, 12, zu 42, 26, 9; 3, 50, 8. — *nam* bezieht sich auf *in acie.* — *famam b. c.*, Curt. 3, 19, 7: *fama bella constare;* ib. 8, 28, 15 u. a. — *parva m.* und § 6 *traxisse*, n. mit sich nach unten, nach demselben Tropus wie § 3.

quidem ex re bene gesta partae fructum prope omnem ipsos
laturos; semper quod postremum adiectum sit, id rem totam 6
videri traxisse. cernere ipsos, quo concursu, qua admiratione,
quo favore hominum iter suum celebretur. et hercule per in- 7
structa omnia ordinibus virorum mulierumque undique ex agris
effusorum inter vota ac preces et laudes ibant: illos praesidia rei
publicae, vindices urbis Romanae imperiique appellabant; in
illorum armis dextrisque suam liberorumque suorum salutem ac
libertatem repositam esse. deos omnis deasque precabantur, ut 8
illis faustum iter, felix pugna, matura ex hostibus victoria esset,
damnarenturque ipsi votorum, quae pro iis suscepissent, ut, quem 9
ad modum nunc solliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies
laeti ovantibus victoria obviam irent. invitare inde pro se quis- 10
que et offerre et fatigare precibus, ut quae ipsis iumentisque usui
essent, ab se potissimum sumerent; benigne omnia cumulata
dare; modestia certare milites, ne quid ultra usum necessarium 11
sumerent; nihil morari, nec *abire* ab signis nec subsistere cibum
capientes; diem ac noctem ire; vix quod satis ad naturale de-

— *metumque*, sowol das Eine als das Andere, s. Iustin. 11, 1, 8: *ut metum timentibus demeret et in spem omnes impelleret.* — *gesta* wie *partae* wird durch *laturos* in die Zukunft gerückt = *quae si* – *gesta* – *parta fuerit*, vgl. 30, 33, 8; 5, 36, 10 u. a., zum Gedanken 33, 33, 3. — *celebretur*, wie zahlreich – zusammen strömten.

7—9. *instructa omnia*, in *instruere* fliesst die Bedeutung aufstellen und versehen mit, ausrüsten zusammen: durch lauter Reihen usw., überall, wohin sie kamen, standen sie an den Wegen aufgestellt, 21, 39, 8: *per confragosa omnia*, vgl. c. 39, 7. *ordinib.* die gleichsam Spalier bildeten. — *et laudes*, an die durch *ac* gleichgestellten *vota ac preces* nur angereiht, wie 2, 36, 6, vgl. 1, 29, 4; 8, 10, 4. — *faust. it.*, s. 2, 49, 7. — *ex hoste*, attributiv zu *victoria*, Vell. Pat. 2, 10, 2: *Fabii ex Allobrogibus victoria nobilis*, vgl. 3, 59, 2; 28, 19, 11. — *damnar.*, für schuldig erklärt zu erfüllen; 7, 28, 4. — *quemadmod.* hier wol um mit *ut* abzuwechseln. — *ovantib.*, 1, 11, 2: *victoria ovantem Romulum.* Zu der Schilderung vgl. 26, 9, 5 f.

10—11. *potissimum* mit Hintansetzung aller übrigen. — *modestia* etc., mit der Bereitwilligkeit der Darbietenden. — *usum nec.*, vgl. zu 24, 1, 2: *necessaria usibus;* 22, 2, 3. — *nihil morari*, dass Allgemeinere, sie thaten nichts, wodurch der Zug aufgehalten wurde; dann das Specielle: sie traten nicht aus den Gliedern (*abire*), – machten nicht Halt (*subsistere*), wenn usw.; Madvig verm. *ab s. discedere* – *nisi cibum* etc. — *vix quod*, nothwendige Beschränkung des Vorhergeh., da der Marsch nach c. 50, 1 sechs Tage, wahrscheinlich aber noch länger, dauerte, vgl. Tac. Ann. 3, 45: *fremente* – *milite ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur.* — *desid.*, 21, 4, 6: *cibi potionisque desiderio naturali* – *modus finitus.* Die Asyndeta veranschaulichen die einzelnen Momente, und lassen die Reihe nicht

12 siderium corporum esset, quieti dare. et ad collegam praemissi erant, qui nuntiarent adventum percunctarenturque, clam an palam, interdiu an noctu venire sese vellet, isdem an aliis considere castris. nocte clam ingredi melius visum est.

46 Tessera per castra ab Livio consule data erat, ut tribunus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem
2 acciperet: neque enim dilatari castra opus esse, ne hostis adventum alterius consulis sentiret; et coartatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil
3 fere praeter arma secum in expeditionem tulerat. ceterum in ipso itinere auctum voluntariis agmen erat, offerentibus ultro sese et veteribus militibus perfunctis iam militia et iuvenibus, quos certatim nomina dantis, si quorum corporis species roburque
4 virium aptum militiae videbatur, conscripserat. ad Senam castra

als geschlossen erscheinen. — *et ad coll.* ist sehr locker angeknüpft, da *et* nicht mit c. 43, 8 u. 10 in Beziehung stehen kann; dazu, dabei hatte er. Die gehobene Darstellung c. 44 u. 45 entspricht der Wichtigtigkeit des Momentes, vgl. Sil. It. 15, 574.

46—49. Die Schlacht am Metaurus; Polyb. 11, 1; Front. Strat. 1, 1, 9; ib. 2, 9; 2, 3, 8; ib. 9, 2; 4, 7, 15; Val. Max. 7, 4, 4; Appian. Hann. 52; Zon. 9, 9.

1—2. *tessera data*, wahrscheinlich wie 7, 35, 1, so dass die Bekanntmachung zugleich mit der Austheilung der Parole erfolgt, vgl. 28, 14, 7. — *cent. centur.*, in der Reihe der Zelte der einzelnen Manipel nahmen die der beiden Centurionen die ersten Stellen ein, Pol. 6, 30, 5. — *acciperet*, dass jedesmal ein - einen aufnehmen solle, natürlich nicht alle, da das Heer des Livius weit zahlreicher war als die Aufzunehmenden. — *neque en.* — *esse*, es sei nicht zweckmässig, der Grund der Massregel, die durch *ne host.* - *sentiret* weiter motiviert und in *et coart.* nach Ls' Ansicht noch von einer anderen Seite als passend bezeichnet wird. — *dilatari*, Front. 1; 1, 9: *ampliari.* — *coart.* wird von L. zuerst u. nur hier, überhaupt sehr selten gebraucht. *tendentium*, hier: unter Zelten lagern: das Zusammendrängen, welches dadurch entstehen musste, dass mehr Leute als gewöhnlich in dem engen Raume eines Zeltes sich aufzuhalten genöthigt waren.

3. *ceterum* etc., eine gewisse Beschränkung der Leichtigkeit des Unterbringens, da der Ankommenden mehr waren, als man nach c. 43, 11 erwarten konnte. — *offerent u. se* ohne vom Feldherrn, wie die *evocati*, aufgefordert zu werden. — *perfunctis i. m.*, im Gegensatze zu *iuvenibus* sind es *seniores*, s. 3, 57, 9: *non iuniores modo sed emeritis etiam stipendiis pars magna voluntariorum.* — *nomina dant.*, wie *offerentibus ultro*, eine andere Bezeichnung der *voluntarii* im Gegensatze zu *respondere ad nomen*, s. 1, 59, 12. — *rob. vir.*, das Nachhaltige, die Stärke der Kräfte, 28, 35, 6; sonst mehrfach von tüchtigen Truppen gebraucht, 22, 40, 5. — *conscrips.*, er hatte sie, wie bei einem tumultus, 32, 26, 11, sogleich den Soldateneid leisten lassen und iu die Listen eingereiht.

4—5. *ad Senam*, an der Mündung des Flusses Misus in Umbrien, nach den Senonischen Galliern genannt, schon 289 a. Ch. in eine colonia ma-

alterius consulis erant, et quingentos ferme inde passus Has-
drubal aberat. itaque cum iam adpropinquaret, tectus montibus
substitit Nero, ne ante noctem castra ingrederetur. silentio in- 5
gressi, ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti, cum
summa omnium laetitia hospitaliter excipiuntur. postero die con-
silium habitum, cui et L. Porcius Licinus praetor adfuit. castra 6
iuncta consulum castris habebat, et ante adventum eorum per
loca alta ducendo exercitum, cum modo insideret angustos saltus,
ut transitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet
agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat: is tum
in consilio aderat. multorum eo inclinabant sententiae, ut, dum 7
fessum via ac vigiliis reficeret militem Nero, simul et ad noscen-
dum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus pugnae differretur;
Nero non suadere modo, sed summa ope orare institit, ne con- 8

ritima, s. c. 38, verwandelt, auch *Sena Gallica* genannt, j. Sinigaglia. Ebenso geben den Ort an Cic. Brut. 18, 73, App., Zonar., Aurel. Vict. 48: *apud Senam et Metaurum flumen*, da die erste Aufstellung des Heeres bei Sena erfolgte, die Schlacht selbst am Metaurus geliefert wurde, den Andere allein nennen, s. c. 47, 9; Hor. Carm. 4, 4, 38; Oros. 4, 18. Schwerlich ist daher jenen Zeugnissen entgegen an u. St. *ad Fanum* nach Guillaume 3, 76 statt *ad Senam* zu lesen, wenn auch das römische Heer nicht gerade bei Sena selbst stand, sondern dieses nur der Stützpunkt der Operationen war; App.: *ἀντεστρατοπέδευσαν αὐτῷ περὶ πόλιν Σήνας.* — *quingentos i. p.*, natürlich nördlich von Sena, südlich vom Metaurus, den Hasdrubal nach L. bereits überschritten haben muss. Doch wäre die Entfernung ungewöhnlich gering; wahrscheinlich ist eine grössere Zahl ausgefallen, s. c. 41, 2 f., 28, 14, 13. — *quisque* Apposition: *milites abducti ab sui quisque* etc.

6. *Porcius*, c. 39, 1. — *et ante*, auch vorher schon wie es jetzt wieder geschehen sollte. L. holt hier wenigstens Einiges (denn die grosse Zahl der Gefangenen c. 49, 7 setzt glückliche Kämpfe der Punier voraus) über den Zug Hasdrubals seit der Aufhebung der Belagerung von Placentia, c. 43, 1, nach. Wahrscheinlich war Porc., da ihm Livius in Folge der Zögerung c. 38, 7 nicht früher (c. 38, 6: *descendenti ab Alpibus*) entgegen zog, in der Richtung der späteren via Aemilia, dann der via Flaminia nach Süden gegangen. — *eorum*, nur des Livius, c. 47, 1. — *carperet*, durch wiederholte Angriffe und häufiges Abschneiden kleinerer Abtheilungen. Zu *c. agmen* und *clauderet* sind als Ergänzungen *hostis* und *hosti* aus *hostem* zu entnehmen. — *ludificatus* etc., er hatte es zu keiner Schlacht kommen lassen, aber auch den Feind nicht aufhalten können. — *in consil. ad.*, er war in dem Kriegsrathe anwesend, 42, 57, 4, § 5 heisst es *cui – adfuit.* er nahm thätig Theil, vgl. *iudicio* 26, 3, 10; stehend ist der Ausdruck *adesse* (*esse* 26, 33, 7) *alicui in consilio.*

7—8. *dum*, damit unterdessen, drückt Zeit und Absicht aus, nur das letztere das folg. *ad noscendum;* einfacher wäre: *ut – dies sumeret, quibus et reficeret et nosceret;* über *noscere* s. c. 40, 8. — *sumeret*, vgl. 22, 51, 1; 23, 7, 12. *temp. – differ.*, 3, 46, 5: *dilatum tempus iniuriae.* — *sed* etc., weil

silium suum, quod tutum celeritas fecisset, temerarium morando
9 facerent: errore, qui non diuturnus futurus esset, velut torpentem Hannibalem nec castra sua sine duce relicta adgredi, nec ad sequendum se iter intendisse. antequam se moveat, deleri exercitum
10 Hasdrubalis posse redirique in Apuliam; qui prolatando spatium hosti det, eum et illa castra prodere Hannibali et aperire in
11 Galliam iter, ut per otium, ubi velit, Hasdrubali coniungatur: extemplo signum dandum et exeundum in aciem abutendumque errore hostium absentium *praesentium*que, dum neque illi sciant cum paucioribus nec hi cum pluribus et validioribus rem esse.
12 consilio dimisso signum pugnae proponitur, confestimque in aciem procedunt.

47 Iam hostes ante castra instructi stabant; moram pugnae attulit, quod Hasdrubal, provectus ante signa cum paucis equitibus, scuta vetera hostium notavit, quae ante non viderat, et strigosiores
2 equos; multitudo quoque maior solita visa est. suspicatus enim id, quod erat, receptui propere cecinit ac misit ad flumen, unde aquabantur, ubi et excipi aliqui possent et notari oculis, si qui

dieses, dass er sich zu dringenden Bitten herablässt, s. 22, 18, 8, im vorliegenden Falle das Stärkere ist. — *institit*, s. 25, 19, 7.

9. *errore*, s. c. 44, 3; 31, 33, 7. — *non diuturn.*, allerdings ist es in hohem Grade auffallend, dass Hannibal die Abwesenheit des Consuls nicht sogleich erfahren und in 2—3 Wochen nichts unternommen hat. — *torpere*, sei in Folge des Irrthums gleichsam (geistig) erstarrt und unthätig. — *iter int.*, sich in Bewegung gesetzt, den Marsch gerichtet habe, s. 10, 43, 13; 29, 33, 7. Beides ist so gesagt, als ob Nero ungeachtet der Entfernung davon unterrichtet gewesen wäre.

10—12. *prolat.*, 7, 21, 2: *prolatandis comitiis.* — *illa*, das entferntere, in Apulien. — *abutend.*, vollkommen aufbrauchen, nicht: missbrauchen. — *dum* etc., Erklärung von *error*, s. praef. 2. — *rem esse*, zu thun, zu kämpfen habe; daher war *fore* nicht nothwendig. — *signum p. p.*, s. 22, 3, 9; dagegen ist § 11 *signum* wol das später erfolgende Zeichen mit den tubae und cornua, s. 30, 33, 12, gemeint, welches L. hier übergeht.

47. 1—4. *vetera*, nicht streng zu nehmen: alt, verbraucht aussehend, vgl. Sil. It. 15, 605: *pulveris in clipeis vestigia visa movebant, et properi signum accursus.* — *strigos.*, mager, an u. St. wol: abgetrieben, Sil. 607: *sonipesque virique substricti corpus.* — *solita*, wie er sie schon oft gesehen hatte; *solito* wäre hier unpassend. Hasdrubal hat also schon längere Zeit den Feinden gegenüber gestanden, s. Zonar. l. l.: *ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας κατὰ χώραν ἔμεινεν* (Livius)· *ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ Ἀσδρούβας τὴν μάχην κατήπειξεν, ἡσύχαζε δὲ τὸν ἀδελφὸν ἀναμένων.*

2—4. *suspicat. en.* etc. enthält den Grund von *moram attul.*, während *quod Hasdrub.* etc. zwar, wie oft, vorangestellt ist, aber den Grund von *enim* – *receptui* etc. angibt. — *misit*, nachdem die Römer in ihr Lager zurückgegangen sind. — *ad flumen*, entweder der Misus oder der etwas mehr nördliche Fluss, vielleicht die Sena; der Metaurus,

forte adustioris coloris ut ex recenti via essent; simul circumvehi 3
procul castra iubet specularique, num auctum aliqua parte sit
vallum, et ut attendant, semel bisne signum canat in castris. ea 4
cum ordine omnia relata essent, castra nihil aucta errorem facie-
bant: bina erant, sicut ante adventum consulis alterius fuerant,
una M. Livi, altera L. Porci, neutris quicquam, quo latius tende-
retur, ad munimenta adiectum; illud veterem ducem adsuetum- 5
que Romano hosti movit, quod semel in praetoris castris signum,
bis in consularibus referebant cecinisse. duos profecto consules
esse, et quonam modo alter ab Hannibale abscessisset, cura an-
gebat. minime id, quod erat, suspicari poterat, tantae rei frustra- 6
tione Hannibalem elusum, ut, ubi dux, ubi exercitus esset, cum
quo castra conlata habuerit, ignoraret; profecto haud mediocri 7
clade absterritum insequi non ausum; magno opere vereri, ne

den Hasdrubal erst in der Nacht erreicht, s. § 9, kann nicht gemeint sein. Die Römer scheinen nördlich von dem Fluss ihr Lager gehabt zu haben. — *adustior.*, selten und vor L. nicht gebraucht; vgl. Front. 1, 2, 9: *coloratiora hominum, ut ex via, corpora.* — *ut adtend.*, der Uebergang vom Inf. in den Conjunct. mit oder ohne *ut* nach *iubere* ist bei L. nicht selten, s. 38, 35, 9; 40, 28, 9 zu 24, 10, 3 vgl. 3, 27, 3. — *signa can.*, 24, 15, 1; Sall. C. 59: *signa canere iubet;* ertönen; es scheint das Zeichen, das am Ende der coena vor dem Feldherrnzelt gegeben wurde, nachdem die Wachen aufgezogen waren, gewesen zu sein, nicht das zur Ablösung der Wachen, s. 7, 35, 1, vgl. zu 30, 5, 2; Tac. 15, 30: *convivium bucina dimitti;* daher bricht Hasdr. § 8 *prima vigilia*, also bald nachher auf. L. spricht von einem regelmässigen Signale, anders Zon. l. l.: *οὐκ ἔλαθον δέ, ἀλλ' ἐτεκμήρατο τὸ γεγενημένον ὁ Ἀσδρούβας ἀπὸ τῶν παραγγέλσεων διττῶν γινομένων· ἰδίᾳ γὰρ ἕκαστος τῶν ὑπάτων παρήγγελλέ τι τοῖς ἑαυτοῦ.* — *castra n. a.*, der Umstand dass. — *bina – adiect.* sind als Parenthese zu betrachten, in der das c. 46, 1 schon Gesagte wiederholt wird. — *latius tend.*, die Reihen der Zelte weiter ausgedehnt werden könnten, = *tentoria habere,* s. c. 17, 17.

5. *illud,* nur das. — *adsuetum,* der Fall konnte auch in Spanien, wenn beide Scipionen ihre Heere vereinigt hatten, vorgekommen sein. Ueber den Dativ bei *adsuetus* s. 21, 16, 5; 5, 48, 3; 10, 17, 10; ebenso *adsuefacere* 24, 48, 12, vgl. *adsuescere* 31, 35, 3. — *praetoris* kann *praetoriis*, aber auch Genitiv sein. — *duos – esse,* wie § 4 *relata*, scheint sich in der Sp. Hds. gefunden zu haben, vgl. Sil. It. 15, 608: *bis clarum bucina signum. praeterea gemino prodebant iuncta magistro castra regi.* — *quonam,* weil in *cura angebat* der Begriff der Ungewissheit liegt, vgl. 24, 22, 14: *timentem, qui.* — *angebant,* ohne *eum,* wie c. 40, 2; zur Schilderung vgl. 25, 35, 5 f.

6—8. *tantae rei*, im Folg. erklärt, ist selbst Epexegese von *id:* nämlich, dass er sich durch Täuschung habe berücken lassen, überlistet worden sei. — *habuerit,* gegenüber gestanden habe, jetzt nicht mehr stehe, c. 44, 2: *detractum foret, quod – fuerit;* 7, 4, 4; die Lesart der Sp. Hds. *haberet* wäre oxy-

perditis rebus serum ipse auxilium venisset, Romanisque eadem
8 iam fortuna in Italia quae in Hispania esset. interdum litteras suas ad eum non pervenisse credere, interceptisque is consulem ad sese opprimendum accelerasse. his anxius curis extinctis ignibus vigilia prima dato signo, ut taciti vasa colligerent, signa
9 ferri iussit. in trepidatione et nocturno tumultu duces parum intente adservati, alter in destinatis iam ante animo latebris subsedit, alter per vada nota Metaurum flumen tranavit. ita desertum ab ducibus agmen primo per agros palatur, fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim atque infrequentia relinquunt
10 signa. Hasdrubal, dum lux viam ostenderet, ripa fluminis signa

moron. — *venisset*, er fürchtete jetzt bereits wirklich zu spät gekommen zu sein, nicht bedingt: dass er gekommen sein würde, wie 21, 33, 9; ohne Abhängigkeit: *sero veni*, vgl. 28, 3, 9; 35, 31, 1: *solliciti, ne Aetoli – animos avertissent.* — *signa f.*, hier: ausrücken, weil die Fahnen auf dem Marsche vorangetragen werden, s. 3, 27, 8. Hasdrubal zieht sich aus der Nähe der Feinde nach Norden und beabsichtigt hinter den Metaurus zurückzugehen, vor Allem einer Schlacht auszuweichen und Nachrichten von Hannibal einzuziehen; ebenso Zonar. l. l. ἔγνω πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀπαναχωρῆσαι καὶ ἐκεῖ τὰ περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκριβώσασθαι. Nach Guillaume hat er noch nördlich vom Metaurus gestanden, vgl. Mommsen R. G. 1, 617; App. zu § 10.

9. *duces*, die Wegweiser. — *parum int.*, der Gegensatz von *intentius*, welches L. oft braucht, während der Positiv *intente* sich bei Früheren kaum findet. — *destinatis – an.*, vgl. 6, 6, 7. — *vada* kann wegen *tranavit* kaum Untiefen bedeuten, sondern Gewässer od. zum Durchschwimmen geeignete Stellen. — *Metaurum*, j. Metauro, der zwischen Fanum Fortunae und Sena mündet, vgl. c. 46, 4; Val. Max. l. l.: *Salinator in Umbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus – Neronem castris noctu recepit.* — *primo* ohne folgendes *deinde*, 28, 28, 4; 29, 23, 9; 10, 15, 9 u. a. — *fessique som.* etc.: Hor. Od. 3, 4, 11: *ludo fatigatumque somno;* Hom. Il. 10, 98: καμάτῳ ἀδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ: vom Bedürfniss des Schlafes, Schläfrigkeit; vgl. 2, 19, 6. Dass demungeachtet der Zug weiter gehend zu denken ist, zeigt c. 48, 16; vgl. 22, 2, 7 f. — *infrequentia*, proleptisch.

10. *dum lux* etc, da die Nacht schon weit vorgerückt sein musste, s. § 9: *vigiliis*, und die Führer entflohen waren, so konnte nur von dem Morgen Hülfe erwartet werden. Doch ist die fast wörtliche Wiederholung des Satzes im Folg. störend und da die besten Hdss. lückenhaft oder verdorben sind, ist es möglich, dass L. anders geschrieben habe. — *ripa flum. s. ferri* scheint d. Sp. Hds. gehabt zu haben, und unter den gegebenen Verhältnissen war es das Natürlichste, dass Hasdr. dem Ufer des Flusses folgte; dass dieser so viele Krümmungen mache, wird wol als ihm nicht bekannt vorausgesetzt. Durch den Zusatz *ripa flum.* wird das hier wieder gebrauchte *signa ferri* von dem vorhergeh. § 8 hinreichend unterschieden; über den Abl. s. 2, 34, 5: *dextris – litoribus* u. a., zur Sache s. App. l. l.: ὁ δ' (Hasdrubal) οὔπω μάχεσθαι κεκρικώς, ἀλλὰ τῷ ἀδελφῷ συνελθεῖν ἐπειγόμενος, ὑπεχώρει· καὶ νυκτὸς ἀναζεύξας

ferri iubet; et per tortuosi amnis sinus flexusque cum errorem volvens haud multum processisset, *substitit,* ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus. sed cum, quantum a 11
mari abscedebat, tanto altioribus coercentibus amnem ripis non inveniret vada, diem terendo spatium dedit ad insequendum sese hosti.

Nero primum cum omni equitatu advenit, Porcius deinde 48
adsecutus cum levi armatura. qui cum fessum agmen carperent 2
ab omni parte incursarentque, et iam omisso itinere, quod fugae simile erat, castra metari Poenus in tumulo super fluminis ripam vellet, advenit Livius peditum omnibus copiis non itineris modo, 3
sed ad conserendum extemplo proelium instructis armatisque. sed ubi omnis copias coniunxerunt derectaque acies est, Claudius 4
dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam instruit, media acies praetori tuenda data. Hasdrubal omissa munitione castrorum 5
postquam pugnandum vidit, in prima acie ante signa elephantos conlocat, circa eos laevo in cornu adversus Claudium Gallos opponit, haud tantum iis fidens, quantum ab hoste timeri eos

περὶ ἕλη καὶ τέλματα καὶ ποταμὸν οὐκ εὔπορον ἠλᾶτο. — *errorem,* den Irrthum (Irrweg) im Kreise herumgewälzt, sich auf Irrwegen im Kreise herumbewegt hatte, Verg. 9, 391: *iter omne revolvens,* doch hat L. viell. *orbem* geschrieben, vgl. Sil. It. 15, 624: *nam qua curvatas sinuosis flexibus amnis obliquat ripas refluoque per aspera lapsu in sese redit, hac casso ducente labore exiguum involvunt frustratis gressibus orbem.* Vor *ubi* ist nach Putsche u. a. *substitit* ausgefallen; das folg. *abscedebat* ist dann von dem Marsche vor Tages Anbruch zu verstehen. — *prima l.* etc., s. 7, 12, 3. *a mari,* der Put. hat das mehr dichterische *mare* — *tanto* nach *quantum*, s. 5, 10, 5; 32, 5, 2.

48. 1—3. *cum omni,* wie nachher *cum levi*, aber § 3 *omnibus.* — *non itineris m.*, also wie 28, 2, 3: *acie iusta*, wird genauer erklärt im Folg. *ad conserend.* etc.; anders ist der Gegensatz 28, 2, 15. — *instruct. arm.*, s. 29, 2, 4; von Schiffen 28, 45, 2; dagegen *armatas instructasque* 6, 24, 2, vgl. 27, 13, 10.

4—5. *sed* scheint sich auf die von der vorher angegebenen Stellung und Verwendung der Anführer und der Truppen zu beziehen. — *omnis c.*, alle Truppen des ganzen, das kurz vorherg. *omnibus c.* die des von Livius befehligten Heeres. — *derectaq.* 22, 19, 11. *in — ab*, nur in der Auffassung verschieden. — *media acies*, Polyb. erwähnt diese so wenig als den Prätor; auch L. übergeht § 5 und 10 beide; Frontin. 2, 3, 8: *Livius et Nero — diductis in latera viribus, vacua fronte ex utraque parte circumvenerunt eum.* — *in prima a.*, nach § 6 nur vor einem Theile derselben; es waren nach Pol. c. 1, 3 nur 10; nach App. c. 52 dagegen 15. — *circa,* auf beiden Seiten, wol hinter ihnen, s. § 6, und in gleicher Linie mit den Ligurern § 7, daher § 5: *ante signa.* — *quantum — cred.*, die Furcht war damals nicht mehr so gross; auch sollen sie nach § 8 gar nicht in das Gefecht kommen. — *haud tant.*, findet sich sel-

6 credebat; ipse dextrum cornu adversus M. Livium sibi atque His-
panis — et ibi maxime in vetere milite spem habebat — sump-
7 sit; Ligures in medio post elephantos positi. sed longior quam
8 latior acies erat; Gallos prominens collis tegebat. ea frons, quam
Hispani tenebant, cum sinistro Romanorum cornu concurrit:
dextra omnis acies extra proelium eminens cessabat, collis oppo-
9 situs arcebat, ne aut *a* fronte aut ab latere adgrederentur. inter
Livium Hasdrubalemque ingens contractum certamen erat, atrox-
que caedes utrimque edebatur. ibi duces ambo, ibi pars maior
peditum equitumque Romanorum, ibi Hispani, vetus miles peri-
10 tusque Romanae pugnae, et Ligures, durum in armis genus.

ten bei L., wie es auch 9, 31, 5 heissen muss. — *dext. c.*, Polyb.: *μέσον αὐτὸν θεὶς τῆς παρατάξεως.* — *adversus*, s. 30, 10, 5; 9, 19, 14. — *vetere*, die schon in Spanien gedient haben, während die Gallier und Ligurer neu geworben sind, s. c. 39, 2. — *Ligures*, diese erwähnt Pol. c. 1, 3 nicht, wol aber Carthager, vgl. c. 5, 11; 51, 11. — *longior – latior*, da L. unter ziemlich gleichen Verhältnissen 33, 8, 14 sagt: *dimidium de fronte demptum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata acies esset*, vgl. 37, 41, 4 *tam lata acie ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant;* 2, 31, 2: *cornua latius pandunt;* 28, 33, 14: *per longitudinem*, so ist es wahrscheinlich, dass er an u. St. dasselbe habe ausdrücken wollen, wie Polyb.: *τὸ βάθος αὐξήσας τῶν τάξεων καὶ ποιήσας ἐν βραχεῖ χώρῳ τὴν ὅλην δύναμιν*, und mit *latior* die Ausdehnung in die Breite, mit *longior* die Tiefe wie in *longum agmen* bezeichne, vgl. 36, 18, 1: *arta fronte.* Doch heisst es abweichend von diesem Sprachgebrauche 25, 21, 6: *in longitudinem porrecta acies; clamantibus tribunis nihil introrsus roboris – esse;* Veget. 3, 14; 15. Dass an u. St. eine geringere Breite der Schlachtreihe vorausgesetzt wird, zeigt auch der Umstand, dass Nero so schnell den Flügel umgehen kann. — *collis tegebat* vgl. Front. l. l.: *cum Hasdrubal – decertandi necessitatem evitans in colle confragoso post vineas aciem* (die ganze) *direxisset.*

8—11. *ea frons* = *ea pars frontis; frons*, hier Flügel, Tac. H. 2, 24; sonst *frons prima,* die vordersten Reihen, s. c. 14, 5; 10, 14, 17. — *dextra – acies* (*Romanorum*), der rechts stehende Theil der ganzen acies, = dextrum cornu, s. 9, 40, 10: *dextrum cornu, dictatoris acies.* — *eminens*, weit (nach der Seite) hervorragend, vgl. 22, 47, 6 *cuneum – prominentem.* — *ne* wird nur selten mit *arcere* verbunden, wie mit *impedire, continere* u. ä. — *adgred.*, Pol. c. 1, 5: *προάγειν μὲν εἰς τοὔμπροσθεν καὶ περικερᾶν τοὺς ὑπεναντίους οὐκ ἐδύνατο* (Claudius) *διὰ τὰς προκειμένας δυσχωρίας, αἷς πεπιστευκὼς Ἀσδρούβας ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν πολεμίων ἔφοδον.* — *ingens*, Polyb. sagt von Hasdrubal c. 1, 3 u. 6: *ἐποιεῖτο τὴν ἔφοδον – προδιειληφὼς ὅτι δεῖ κατὰ τὸν παρόντα κίνδυνον νικᾶν ἢ θνήσκειν.* — *equit. Rom.*, die Thätigkeit derselben wird eben so wenig angegeben, als die der 8000 Reiter Hasdrubals und der leicht Bewaffneten. — *pugnae*, wie sonst *genus pugnae*, 5, 43, 3. — *durum i. a. g.*, vgl. 39, 1; obgleich sie das Centrum bilden sollen, betheiligen sie sich doch an dem Kampfe des rech-

eodem versi elephanti, qui primo impetu turbaverant antesigna-
nos, et iam signa moverant loco; deinde crescente certamine et 11
clamore inpotentius iam regi et inter duas acies versari, velut
incerti, quorum essent, haud dissimiliter navibus sine guberna-
culo vagis. Claudius „quid ergo praecipiti cursu tam longum iter 12
emensi sumus“? clamitans militibus, cum in adversum collem
frustra signa erigere conatus esset, postquam ea regione pene- 13
trari ad hostem non videbat posse, cohortis aliquot subductas e
dextro cornu, ubi stationem magis segnem quam pugnam futu-
ram cernebat, post aciem circumducit et non hostibus modo sed 14
etiam suis inopinantibus in dextrum hostium latus incurrit: tanta-
que celeritas fuit, ut, cum ostendisset se ab latere, mox in terga
iam pugnarent. ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab 15
tergo, trucidantur Hispani Liguresque, et ad Gallos iam caedes
perveneraí. ibi minimum certaminis fuit: nam et pars magna ab 16
signis aberant, nocte dilapsi stratique somno passim per agros,
et qui aderant, itinere ac vigiliis fessi, intolerantissima laboris
corpora, vix arma umeris gestabant; et iam diei medium erat, sitis- 17

ten Flügels. Dieser konnte nicht angreifen, bevor die Elephanten vorgerückt waren, daher wird dieses im Folg. nachgeholt. — *antesignan.*, die hastati und principes, in den Zwischenräumen der ersten die velites, s. 30, 33. — *signa* etc., s. c. 1, 10. Die Linie der Römer wäre also schon stark erschüttert gewesen und man sieht nicht, warum die Punier dieses nicht benutzen; Pol. erwähnt dieses nicht, sondern nur das Folg. — *inpotentius*, mit weniger Erfolg, wirkungslos, da sie, wild geworden, der Leitung nicht mehr folgen; das Adverb. ist in dieser Bedeutung viell. nicht weiter gebraucht, vgl. c. 28, 3; häufiger das Adjectiv.

12—17. *militibus*, den Soldaten zurufend, wie bei *inquit*, s. 24, 38, 1. Der ganze Satz *quid – militib.* ist mit Nachdruck vorangestellt, statt: *cum – postq. – posse: quid ergo* etc.; über *cum – postquam* s. zu 7, 23, 6 u. a. — *adversum c.*, den Hügel hinan, das Gegentheil c. 42, 6: *secundis collibus*. Die Höhen sind unzugänglich, s. Polyb. zu § 8, daher: *penetrari ad hostem non videbat posse*, wo *non* zu *posse* gehört, s. 4, 3, 16; 1, 26, 7; 26, 33, 10; 11, 9, 41 u. a. — *cohortes*, s. c. 40, 10; 32, 4; 28, 14, 17; Polyb.: *παραδεξάμενος ἀπὸ τῶν δεξιῶν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας*, was L. durch *quid – emensi sumus* nur angedeutet hat. — *statio*, dass sie unthätig auf der Stelle stehen bleiben müssten, vgl. 28, 33, 16. — *post ac.*, hinter dem linken Flügel der Römer wegziehend greift er die Punier zuerst in der Flanke (Pol. c. 1, 7: *προσέβαλε κατὰ κέρας τοῖς Καρχηδονίοις ἐπὶ τὰ θηρία. καὶ μέχρι μὲν τούτων ἀμφίδοξος ἦν ἡ νίκη*), dann 1, 10 im Rücken an: *ἅμα δὲ τῷ τοὺς περὶ τὸν Κλαύδιον προσπεσεῖν ἀνίσος ἦν ἡ μάχη*. — *a fronte* nur durch diese Worte, s. § 11 *crescente cert.*, wird der harte Kampf § 9, gerade der Kerntruppen in beiden Heeren, Pol. c. 1, 3; 4; 8 flüchtig angedeutet. *Gallos*, nach Polyb. werden diese nicht, sondern nur die Spanier angegriffen. — *pars – aberant*, 2, 14, 8. — *strati* etc., vgl. Pol. c. 3, 1; Sil. 15, 720. *intolerant.*, 22, 2, 6 u. a. *sitis cal.*,

que et calor biantis caedendos capiendosque adfatim praebebat.

49 Elephanti plures ab ipsis rectoribus quam ab hoste interfecti. fabrile scalprum cum malleo habebant; id, ubi saevire beluae ac ruere in suos coeperant, magister inter aures positum, ipso in articulo, quo iungitur capiti cervix, quanto maximo poterat ictu
2 adigebat: ea celerrima via mortis in tantae molis belua inventa erat, ubi regentis sprevissent, primusque id Hasdrubal instituerat,
3 dux cum saepe alias memorabilis, tum illa praecipue pugna. ille pugnantis hortando pariterque obeundo pericula sustinuit, ille fessos abnuentisque taedio et labore nunc precando nunc castigando accendit, ille fugientis revocavit omissamque pugnam ali-
4 quot locis restituit; postremo, cum haud dubie fortuna hostium esset, ne superstes tanto exercitui suum nomen secuto esset, concitato equo se in cohortem Romanam inmisit. ibi, ut patre Hamilcare et Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit.

5 Numquam eo bello una acie tantum hostium interfectum est, redditaque aequa Cannensi clades vel ducis vel exercitus interitu

personificiert. *capiendosque*, über *que* s. zu 8, 13, 14.

49. 1— 2. *elephanti* etc., nachdem die Schlacht entschieden ist, holt L. etwas nach, was sich an § 11 anschliesst und den Kampf der Fusstruppen erst möglich machte. *rector.*, s. c. 14, 10. — *fabrile sc.*, einen Zimmermannsmeisel. — *habebant*, die *rectores* alle, bei *magister* im Folg. ist an einzelne Fälle zu denken, anders *coeperant*. — *ipso in art.*, gerade am Halsgelenke. Die Sp. Hds. hatte *ipsa in compage*, s. Amm. Marc. 25, 1, 12 *compagibus artuum*, welches von beiden als Erklärung des anderen zugesetzt sei, ist schwer zu entscheiden. — *regent. sprev.*, s. 31, 39, 14; 23, 4, 6 *sper. imperium*. In der gewöhnlichen Lesart *regendi spem vicissent* wäre *spem vincere* unpassend, und *regendi* unklar, entweder dass man sie regieren könne, oder dass sie regiert werden könnten, Oros. 4, 18: *cum regi a suis non possent.* Der Conjunctiv steht entweder wie 21, 42, 4, oder enthält zugleich den Gedanken des Erfinders: ein Mittel das anzuwenden sei, sobald als usw. Zur Sache s. Zon.: *παρήγγειλεν ὁ Ἀσδρούβας τοῖς ἐπ᾽ αὐτῶν καθημένοις τοὺς τιτρωσκομένους τῶν θηρίων παραυτίκα σφάζειν· ῥᾷστα δὲ σιδηρίῳ τινὶ ὑπὸ τὸ οὖς νιττόμενοι ἐκτιννύοντο.* Polyb. erwähnt die Erfindung nicht; nach ihm fallen 6 mit den Lenkern, 4, die die Linie durchbrochen haben, werden gefangen, *μεμονωμένα καὶ ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν. cum al.* etc., gleiches Lob ertheilt ihm Polybius.

3—4. *pariterq.*, in gleicher Weise wie die übrigen, 1, 54, 4: *obeundo pericula ac labores pariter;* 7, 33, 2. — *abnuentes*, absolut: den Dienst (wegen Ermüdung) verweigern, s. Sall. I. 68, 3: *fessos – etiam abnuentes omnia edocet*, in dieser Bedeutung sonst mehr dichterisch. *labore*, vgl. 35, 5, 5: *partim labore partim metu remisisse ardorem pugnae*, es ist wol nicht nöthig *taedio ac lab.* als Hendiadyoin aufzufassen, s. 22, 2, 4 *taedio laboris*, vgl. 5, 2, 7 *opere et labore;* 21, 27, 6 *operis labore* u. a. — *aliq. loc.*, wie 22, 49, 2. — *nomen*, seinem Rufe.

5—7. *reddita*, s. 24, 17, 7. — *vel – interitu*, mag man – berück-

videbatur. quinquaginta sex millia hostium occisa, capta quinque 6
millia et quadringenti; magna praeda alia cum omnis generis tum auri etiam argentique. civium etiam Romanorum, qui capti 7
apud hostes erant, supra MMM capitum recepta; id solacii fuit pro amissis eo proelio militibus. nam haudquaquam incruenta victoria fuit: octo ferme millia Romanorum sociorumque occisa; adeoque 8
etiam victores sanguinis caedisque ceperat satietas, ut postero die, cum esset nuntiatum Livio consuli Gallos Cisalpinos Liguresque, qui aut proelio non adfuissent, aut inter caedem effugissent, uno agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo aut imperio, posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri: „quin 9
supersint“ inquit „aliqui nuntii et hostium cladis et nostrae virtutis“.

Nero ea nocte, quae secuta est pugnam *profectus*, citatiore **50**
quam inde venerat agmine die sexto ad stativa sua atque hostem

sichtigen. — *quinquag. s.*, Oros. *quinquaginta et octo milia;* dagegen Polyb. c. 3: *ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων κατὰ τὴν μάχην σὺν τοῖς Κελτοῖς οὐκ ἐλάττους μυρίων;* nach Appian bestand das Heer nur aus 48,000 M. zu Fuss und 8000 Reitern. Nach Liv. war die Niederlage der Punier noch grösser als die bei Cannae, welche auch von App. und Zon. verglichen wird, s. 22, 49, 14. — *alia*, s. c. 32, 9. — *omnis*, jeder (anderen) Art, wie *reliquus* oder *celeri* bei *omnis* und ähnlichen Begriffen nicht zugesetzt wird, s. 8, 33, 6: *universo.* — *auri* etc., vgl. 28, 9, 16. — *civium Rom.* hängt von *MMM capitum* ab: an röm. Bürgern usw., weniger passend würde es zu *qui* gezogen, s. 4, 33, 10: *Fidenatium qui* etc., 21, 26, 7. — *capitum* s. c. 16, 7; 29, 29, 3; 3, 3, 9, dient der Veranschaulichung, und wäre vielleicht nicht hinzugefügt, wenn nicht *civium* so weit entfernt stände. Uebrigens gibt Zon. die Zahl derselben auf 4000 an. *id solacii* etc., daran hatte man einen Trost, Ersatz für usw.; da hier weder der Genit. noch der Dativ, s. 6, 30, 9 bei *solacium* stehen konnte, ist das sonst seltene *pro* eingetreten, welches auch sonst mit dem part. praet. verbunden wird, 21, 41, 13; 28, 9, 7 u. a.

8—9. *uno agmine*, nicht einmal zerstreut in kleineren Haufen; *sine ord. u.*, ohne dass sie Reih und Glied hielten, ihre Stellen behaupteten. — *sine sign.*, nicht in ihren Abtheilungen unter ihren Fahnen, vgl. 23, 27, 3; ib. 42, 12. — *quin*, warum nicht; vielmehr sollen, s. 38, 49, 13: *quin – veniam petitam – velim;* 7, 40, 18: *quin – permittimus.* — *inquit*, welches in der ältesten Hds. fehlt, ist wegen der vielen Zwischensätze oder um die Antwort schärfer hervortreten zu lassen, nicht von *ut* abhängig gemacht, und so ein Anacoluth entstanden, s. zu 4, 28, 3; vgl. Front. 4, 7, 15: *respondit: aliqui et supersint, qui de victoria nostra hostibus nuntient.* Das Gelübde 36, 36, 5 ist hier übergangen; über den Tag der Schlacht s. Ov. Fast. 6, 770.

50—51. Folgen der Schlacht; Polyb. 11, 3.

1—2. *profectus* ist nach Putsche und Sartorius ausgefallen, da *ea nocte quae sec. e.* und *die sexto* nicht auf e i n Prädicat bezogen werden kann. — *die sexto* etc., bei sehr grossen Märschen, wie sie sich

2 pervenit. iter eius frequentia minore, quia nemo praecesserat nuntius, laetitia vero tanta, vix ut compotes mentium prae gaudio
3 essent, celebratum est. nam Romae neuter animi habitus satis dici enarrarique potest, nec quo incerta expectatione eventus
4 civitas fuerat, nec quo victoriae famam accepit. numquam per omnis dies, ex quo Claudium consulem profectum fama attulit, ab orto sole ad occidentem aut senator quisquam a curia atque
5 ab magistratibus abscessit, aut populus e foro; matronae, quia nihil in ipsis opis erat, in preces obtestationesque versae, per
6 omnia delubra vagae suppliciis votisque fatigare deos. tam sollicitae ac suspensae civitati fama incerta primo accidit duos Narnienses equites in castra, quae in faucibus Umbriae opposita
7 erant, venisse ex proelio nuntiantes caesos hostis. et primo magis auribus quam animis id acceptum erat, ut maius laetiusque, quam quod mente capere aut satis credere possent, et ipsa celeritas
8 fidem impediebat, quod biduo ante pugnatum dicebatur. litterae deinde ab L. Manlio Acidino missae ex castris adferuntur de Nar-
9 niensium equitum adventu. hae litterae per forum ad tribunal

bei der Unterstützung, die Nero erhielt, voraussetzen lassen, konnte wol der Weg von etwa 300,000 Schritt in der angegebenen Zeit zurückgelegt werden. — *atque h.*, 8, 17, 1: *ad moenia atque urbem;* 3, 70, 15; dagegen § 4 *atque ab*, s. 23, 34, 8. — *nemo nuntius*, L. braucht im Nominativ immer *nemo* neben Substantiven, nicht *nullus*, das letztere im Dativ und Abl., nicht die Casus von *nemo*, 28, 32, 6: *nemo miles;* 26, 41, 3: *nemo imperator;* 23, 15, 11: *nemo civis;* 3, 66, 5 u. a.

3—5. *nam*, so stand es in den Gegenden, durch die Nero zog; schwerer ist es die Stimmung in Rom zu schildern, denn usw. kurz: zu Rom freilich, natürlich, vgl. c. 44, 7; 28, 15, 5. — *quo – accepit* enthalten nur Merkmale von *habitus*, ohne Beziehung auf *dici potest*, 28, 5, 6; doch scheint d. Sp. Hds. *fuerit – acceperit* gehabt zu haben. — *ab orto* etc., vgl. 26, 9, 9. *curia*, von der Curie weg, in deren Nähe die Magistrate waren. — *e foro*, vielleicht um abzuwechseln, gewöhnlich braucht L. bei *abscedere a* für locale Verhältnisse, bei anderen den blossen Ablat. — *supplic.*, 22, 57, 5. — *civitati – acc.*, vgl. 24, 46, 5: *sonitus – accidens auribus*, doch soll an u. St. der Dativ die Betheiligung ausdrücken, vgl. *venire* 9, 33, 2 u. ä.; dagegen *ad nos accidere* 21, 10, 12; 10, 41, 7; gewöhnlich ohne Dativ *vox, fama accidit* u. ä., c. 15, 16. — *primo – et primo*, auf das erstere bezieht sich das § 8 folgende *deinde;* das zweite *primo* steht allein, wie c. 47, 9. — *Narn. eq.*, vgl. 29, 15, 5. — *quam quod*, vgl. 22, 51, 3; 33, 32, 6: *maius gaudium, quam quod universum homines caperent.*

8—9. *L. Manl.*, s. c. 4; 35, 3; er ist wahrscheinlich wie Terentius Varro von dem Stadtprätor cum imperio an die Spitze der legiones urbanae gestellt und nach Umbrien geschickt worden, s. c. 43, 9. — *ad trib. pr.*, das ursprüngliche Tribunal, welches hier gemeint ist, stand in der Nähe der Curie, 1, 30, 2, vgl. 45, 44, 4: *ad forum a porta tribunalque Cassii praetoris*, vgl. 36, 21, 6 zu 45, 2, 3; Becker 1,

praetoris latae senatum curia exciverunt; tantoque certamine ac tumultu populi ad fores curiae concursum est, ut adire nuntius non posset, sed traheretur a percunctantibus vociferantibusque, ut in rostris prius quam in senatu litterae recitarentur. tandem 10
summoti et coerciti a magistratibus, dispensarique laetitia inter inpotentis eius animos potuit. in senatu primum, deinde in con- 11
tione litterae recitatae sunt; et pro cuiusque ingenio aliis iam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat, quam legatos consulumve litteras audissent.

Ipsos deinde adpropinquare legatos allatum est. tunc enim 51
vero omnis aetas currere obvii, primus quisque oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes; ad Mulvium usque pontem 2
continens agmen pervenit. legati — erant L. Veturius Philo P. Li- 3
cinius Varus Q. Caecilius Metellus — circumfusi omnis generis

280; 290. Auf dem Tribunal ist der Prätor zu denken; diesem, als Stellvertreter der Consuln, wird das Schreiben übergeben, da es nur von einem Magistrate im Senate vorgetragen werden kann. — *curia exc.*, wenn der Prätor auf dem Tribunal war, konnte keine Senatssitzung sein, wie c. 51, 5, sondern die Worte sind nach § 4 vgl. 45, 2, 4: *senatus forte in curia erat* zu erklären. Dass sich der Senat mit dem Prätor sogleich in die Curie zurückgezogen hat, ergibt sich nach dem Folg. von selbst. — *ad fores c.*, von dem Comitium aus, vgl. 22, 7, 7; ib. 60, 1. — *sed traher.*, jüngere Hss. haben *traheretur que.* — *rostris*, auch in der Nähe der Curie, an der Grenze des comitium nach dem Forum zu; von den rostra, nicht vom Tribunal wird mit dem Volke verhandelt. — *summoti* von den Liktoren und accensi, s. 25, 3, 18; *coerciti*, in seine Schranken zurückgewiesen.

10—11. *dispensari*, von dem Geldwesen entlehnt, 7, 27, 3: der Ordnung nach vertheilen, so dass nach und nach Jeder (hier zunächst der Senat, dann das Volk) seinen Antheil erhält, vgl. 38, 47, 3. — *inter inp.*, vgl. 3, 10, 9: *inter se dispertiri.* — *inpotentis*, wie § 7 nach c. 51, 6 *cum vix gaudium animis caperent*, vgl. 30, 42, 17: *ex insolentia — inpotentes laetitiae saevire*, 4, 40, 3; da in der ältesten Hds. *ponentis* verdorben ist, wird *potentis* verm. — *iam certum g.*, betrachteten die Freude als durch das Schreiben wol begründet, hielten es für sicher, dass man sich derselben schon jetzt überlassen dürfe, vgl. 23, 12, 11. — *fides*, dass die Nachricht begründet sei, wollten sie nicht eher glauben als bis usw.; gewöhnlich bedeutet *fides est alicui:* er findet Glauben.

51. 1—4. *enimvero,* da wahrhaftig, mit Emphase, vgl. 2, 22, 6. — *obvii*, 26, 35, 7: *ingens turba circumfusi fremunt;* 2, 14, 8: in *quisque – capientes* wiederholt sich dieselbe Construction. — *Mulvium*, die nördlichste der Brücken Roms, ausserhalb des Weichbildes der Stadt, etwa eine Stunde von derselben, j. Ponte Mollo; über diese führte die via Flaminia, auf der die Gesandten kommen mussten, nach Rom. Nach Aurel. Vict. 72, 8 und Ammian. Marc. 27, 3, 8 hat erst M. Aemilius Scaurus 645 a. u. den späteren pons Mulvius hergestellt. — *Vetur.*, c. 22; 28, 9, 19; *Licin.* c. 21; *Cae-*

4 hominum frequentia in forum pervenerunt, cum alii ipsos, alii comites eorum, quae acta essent, percunctarentur. et ut quisque audierat exercitum hostium imperatoremque occisum, legiones Romanas incolumes, salvos consules esse, extemplo aliis porro
5 impertiebant gaudium suum. cum aegre in curiam perventum esset, multo aegrius summota turba, ne patribus misceretur, litterae in senatu recitatae sunt. inde traducti in contionem le-
6 gati. L. Veturius litteris recitatis ipse planius omnia, quae acta erant, exposuit cum ingenti adsensu postremo etiam clamore uni-
7 versae contionis, cum vix gaudium animis caperent. discursum inde ab aliis circa templa deum, ut grates agerent, ab aliis domos,
8 ut coniugibus liberisque tam laetum nuntium impertirent. senatus, quod M. Livius et C. Claudius consules incolumi exercitu ducem hostium legionesque occidissent, supplicationem in triduum decrevit. eam supplicationem C. Hostilius praetor edixit.
9 celebrata a viris feminisque est; omnia templa per totum triduum aequalem turbam habuere, cum matronae amplissima veste cum

cil. c. 36, vgl. 44, 45, 3. — *cum perc.*, während, § 9; 28, 23, 2 u. o. — *ut audier.* – *impertieb.* widerholte Handlungen, wie 4, 56, 7; 9, 31, 9 *ut quisque liberaverat – coibant;* 10, 35, 8, vgl. 2, 65, 5, ebenso *ubi* c. 49, 1 u. a., doch hat die älteste Hds. *impertierant.* — *porro*, weiter hin, immer weiter.

5. *in curiam*, es war gerade Senatssitzung, der Prätor nicht auf dem Tribunal. — *summota t.* könnte zwar Asyndeton sein und *esset* wieder gedacht werden, s. zu 7, 2, 9; doch wird es besser als abl. abs. betrachtet, der einen zu *recitatae sunt* gehörenden Umstand angibt. *aegrius* bezieht sich nur auf *summota;* üb. *aegre – aegrius* s. 1, 7, 8. — *ne patr. misc.*, man sah streng darauf, dass nur wirkliche Senatoren in die Curie zugelassen wurden, s. 30, 24, 11; 21, 12, 8; Becker 2, 2, 420. — *traducti* wie 45, 2, 6, statt des gewöhnlichen *producti*, s. c. 7, 4, weil die Gesandten aus der Curie über das Comitium, durch die dort stehende Volksmenge, auf die Rostra geführt werden mussten, vgl. 30, 40, 3: *in contionem prodire.*

3—4. *cum* etc., nachträgliche Angabe der Lage Magos: da er (so lange die beiden Anführer in der Nähe waren) sich bedrängt sah. — *in mai.*, 27, 44, 10. — *mittit. – hortent. – mitter.*, gewöhnlich lässt L. in von einander abhängenden Sätzen nach dem praes. histor. das gleiche Tempus, entweder das Präsens, wie 29, 23, 7: *perpellit – moneat – traiciat*, oder das Imperf., s. c. 5, 16; 29, 24, 8 *mittit, ut – consuleret – traiceret* folgen; da jedoch in einfach abhängigen Sätzen sowol das eine als das andere Tempus nach praes. hist., wie oft auch in orat. obl., s. zu c. 33, 11, vgl. 27, 24, 4, eintritt, so konnten auch beide neben einander gebraucht werden, vgl. Cic. Verr. 2, 50, 124: *legatos mittunt, qui – doceant, – ut intelligeret*, ähnlich L. 25, 9, 12: *subsistere iubet, ut, quo res postulet – possent*, 42, 7, 6 u. a. An u. St. scheint übrigens Sp. *hortarentur* gehabt zu haben. — *a patrib.*, L. nimmt ausgedehnte Besitzungen der Karthager in Spanien, die später erst durch Hamilcar, Hasdrubal und Hannibal erweitert wurden, s. 21, 1 ff., schon in früherer Zeit an. — *repeti*, Zonar. 9, 10: *ὁ Μαγὼν ἐκλιπεῖν ἤδη τὰ Γάδειρα βουληθεὶς οὔτ' ἐξέλιπε καὶ εἰς*

Mandonius et Indibilis in finis regressi paulisper, dum quid- 5
nam de seditione statueretur scirent, suspensi quieverunt, si ci-
vium errori ignosceretur, non diffidentes sibi quoque ignosci
posse. postquam vulgata est atrocitas supplicii, suam quoque 6
noxam pari poena aestimatam rati, vocatis rursus ad arma popu-
laribus contractisque, quae ante habuerant, auxiliis in Sedetanum 7
agrum, ubi principio defectionis stativa habuerant, cum viginti
millibus peditum, equitum MM et quingentis transcenderunt.

Scipio, cum fide solvendi pariter omnibus noxiis innoxiisque **32**
stipendii tum vultu ac sermone in omnis placato facile reconci-
liatis militum animis, priusquam castra ab Carthagine moveret,
contione advocata multis verbis in perfidiam rebellantium regu- 2
lorum invectus, nequaquam eodem animo se ire professus est ad 3
vindicandum id scelus, quo civilem errorem nuper sanaverit. tum 4
se haud secus quam viscera secantem sua cum gemitu et lacrimis
triginta hominum capitibus expiasse octo millium seu inpruden-
tiam seu noxam; nunc laeto et erecto animo ad caedem Ilerge-
tum ire. non enim eos neque natos in eadem terra nec ulla 5
secum societate iunctos esse; eam, quae sola fuerit, fidei atque
amicitiae, ipsos per scelus rupisse. in exercitu suo se, praeter- 6

τὴν ἤπειρον διαβαίνων πολλὰ ἐκακούργει.

31, 5—**34.** Unterwerfung der Ilergeten; Polyb. 11, 31; Appian. Ib. 37; Zon. 9, 10.

5—7. *in finis* etc. knüpft an c. 24, 4 an. — *posse*, wenigstens die Möglichkeit sei da. — *noxam p. p. ae.*, dass auch für ihre Schuld gleichsam als Preis, Aequivalent, eine gleiche Strafe bestimmt, als derselben entsprechend erkannt sei. Der eigenthümliche Ausdruck scheint nach dem bekannten *litem aestimare*, s. 29, 9, 10, gebildet. — *voc. rursus*, zum zweitenmale in demselben Sommer. — *popular.* – *Sedet.*, wie c. 24, 4. — *transcend.*, über den Ebro.

32. 1—5. *Scipio* etc., der kunstreiche Bau der Periode und der vielfache Gebrauch des abl. abs. ist zu beachten. — *fide solvendi stipendii* steht hier *vultu ac. serm.*, parallel, *fide* ist nicht Modalbegriff wie 21, 5, 5: *stipendio cum fide exsolvendo*, wie Gron. auch an u. St. lesen wollte. — *reconc.* vgl. 8, 36, 7. — *rebell.*, die noch im Aufruhr begriffen sind. — *errorem*, wie c. 29, 7; im Folg. *inprudentiam*, während sich *noxam* auf *triginta hominum* bezieht, c. 28, 15. — *sanav.*, weil aufrührerische Gesinnung als Krankheit erscheint, 2, 3, 5; *sanitas*, vernünftige Ansicht, auch in politischer Beziehung; der Ausdruck hat das folgende Bild veranlasst, s. c. 27, 7. — *non – neque – nec*, s. 1, 26, 12: *non tulit nec – nec;* 31, 41, 7: *neque – nec*, s. 9, 9, 14. — *secum* gehört dem Sinne nach auch zu *eadem*, s. c. 28, 14. — *fidei a. amic.*, genit. epexeg. zu *eam*, der politischen, auf gegenseitige Treue sich stützenden Freundschaft, 6, 2, 3; vgl. 5, 27, 6, der Begriff der *societas* erstreckt sich weiter, vgl. Cic. Offic. 1, 17, 53: *gradus plures sunt societatis hominum.*

6—7. Die enge Verbindung der

quam quod omnis cives aut socios Latinique nominis videat, etiam eo moveri, quod nemo fere sit miles, qui non [ex Italia] aut a patruo suo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eam provinciam venerit, aut a patre consule aut a se sit ex Italia ad-
7 vectus: Scipionum nomini, auspiciis omnis adsuetos, quos secum in patriam ad meritum triumphum deducere velit, quos consulatum petenti, velut si omnium communis agatur honos, adfuturos
8 speret. quod ad expeditionem attineat, quae instet, immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat. Magonis hercule sibi, qui extra orbem terrarum in circumfusam Oceano insulam cum paucis perfugerit navibus, maiorem curam esse, quam
9 Ilergetum: quippe illic et ducem Carthaginiensem et quantumcumque Punicum praesidium esse, hic latrones latronumque duces esse, quibus ut ad populandos finitimorum agros tectaque urenda et rapienda pecora aliqua vis sit, ita in acie ac signis conlatis nullam esse; magis velocitate ad fugam quam armis fretos
10 pugnaturos esse. itaque non, quod ullum inde periculum aut semen maioris belli videat, ideo se, priusquam provincia decedat,
11 opprimendos Ilergetes duxisse, sed primum, ne impunita tam scelerata defectio esset, deinde, ne quis in provincia simul virtute
12 tanta et felicitate perdomita relictus hostis dici posset. proinde deis bene iuvantibus sequerentur non tam ad bellum gerendum,

Soldaten mit Scipio lässt den Sieg hoffen; Polyb. l. l. legt mehr Gewicht darauf, dass sich jetzt zeigen werde, dass nur durch Römer, nicht mit Hülfe der Spanier, die Punier vertrieben worden seien. — *fere*, auch Claudius hatte einige Truppen nach Spanien geführt, s. 26, 17; ib. 11. — *primus*, 25, 36, 16. — *consule*, er hatte zwar als Consul Spanien zur Provinz erhalten, war aber erst als Proconsul dahin gekommen, 22, 22. — *nomini* steht in anderer Bedeutung zu *Scipionum:* die Familie, welche die Sc. ausmachen, als zu *auspiciis*, die ihnen verliehen sind; das Asyndeton s. 21, 28, 2; über *auspiciis* gilt das zu c. 28, 13 *duob. imperat.* Bemerkte. — *petenti* etc., sie würden seine Bewerbung unterstützen als eine auch sie angehende Ehrensache, vgl. 45, 38, 4.

8—9. Die Feinde sind nicht zu fürchten. — *expedit.*, ein blosser Feldzug, kein eigentlicher Krieg, § 12. — *rerum gest.*, ein Begriff, die Thaten, die ihnen angehören, 7, 33, 6: *novae res g.* — *Ilergetum,* s. c. 24, 4. — *praesid.*, eine Truppenabtheilung. — *latrones*, s. 2, 48, 5. Ueber die Wiederholung von *esse* am Ende der Sätze s. 3, 5, 14, vgl. 1, 41, 5: *audientem esse – munia esse;* 43, 18, 7; 40, 34, 11: *crediturum esse sincera fide – esse.* — *ut – sit* enthält zugleich die Einräumung, 27, 26, 1. — *ad fugam* gehört zu *velocitate*, s. c. 19, 13.

10—12. Gründe der Unternehmung. *non quod – ideo*, 2, 15, 2. — *semen*, wie c. 2, 13 *materia.* — *posset* und vorher *esset* im Vergleich zu dem vorhergeh. praesentia, s. 3, 50, 8; dagegen ist in der Aufforderung nach *proinde* das Imperf. das gewöhnliche Tempus, 27,

neque enim cum pari hoste certamen esse, quam ad expetendas ab hominibus scelestis poenas.

33 Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem posterum iubet, profectusque decumis castris pervenit ad Hiberum flumen. inde superato amni die quarto in conspectu hostium posuit castra. campus ante montibus circa saeptus erat; in eam 2 vallem Scipio cum pecora, rapta pleraque ex hostium agris, propelli ad inritandam feritatem barbarorum iussisset, velites subsidio misit, a quibus ubi per procursationem commissa pugna esset, 3 Laelium cum equitatu impetum ex occulto facere iubet. mons 4 opportune prominens equitum insidias texit; nec ulla mora pugnae facta est. Hispani in conspecta procul pecora, velites in Hispanos praeda occupatos incurrere. primo missilibus territavere, 5 deinde missis levibus telis, quae inritare magis quam decernere pugnam poterant, gladios nudant, et conlato pede res geri coepta est; ancepsque pedestre certamen erat, ni equites supervenissent. neque ex adverso tantum inlati obvios obtrivere, sed circumvecti 6 etiam quidam per infima clivi ab tergo se, ut plerosque intercluderent, obiecerunt; maiorque caedes fuit, quam quantam edere levia per excursiones proelia solent. ira magis accensa adverso 7

17, 14. — *hom. scel.*, an einzelnen Frevlern.

33. 1—3. *ab hac*, s. c. 19, 9. — *decumis*, s. c. 16, 9; ebenso Polyb. Die Feinde müssen sich beim Anrücken Scipios von Neucarthago her aus dem Gebiete der Sedetaner, s. c. 24, 4, über den Iberus in ihr Land zurückgezogen haben. *ante*, Adverb., s. 27, 18, 5; 22, 5, 8: *ante aut post pugnandi ordinem*, scheint mit *erat* verbunden Prädicat, *montib. c. saeptus* Attribut zu sein; wäre *ante* Attribut zu *campus* und *montib.* – *erat* Prädicat, so wäre die Stellung von *ante* hinter *campus* auffallend, vgl. 24, 32, 5; 37, 35, 2. Pol. c. 32, 1: λαβὼν αὐλῶνά τινα μεταξὺ τῆς αὑτοῦ καὶ τῶν πολεμίων στρατοπεδείας etc. *circa*, 9, 2, 7. — *ferit.*, das Subst. soll den Begriff der instinctmässigen Wildheit hervorheben, vgl. c. 22, 5: *ferum.* — *opport. prom.*, vgl. 27, 48, 8.

4—6. *per procurs.*, 23, 40, 9. *texit*, c. 2, 1. — *missis* = *omissis*, nach Sp., s. 6, 16, 1, scheint dem Folg.: *quae – poterant* angemessener als *emissis*, wie P. hat, welches 2, 46, 3; 9, 23, 2 passender ist, zuweilen auch durch *missis* ersetzt wird, s. c. 14, 3. — *decern.*, s. c. 14, 12. — *conlat. p.*, s. 38, 21, 13: *si pede conlato pugnandum est (veliti), translatis in laevam hastis stringit gladium*, wie sonst auch die Schwerbewaffneten fechten. — *pede – ancepsque* scheint Sp. gehabt zu haben; in P. fehlen die Worte; Pol. c. 32, 3 sagt: συνέστη μέγας ἀκροβολισμὸς τῶν πεζῶν περὶ τὸν αὐλῶνα. — *erat, ni* nach Sp., wie L. oft *ni* braucht, wenn der bedingte Satz das Imperf. Indicat. hat, s. 2, 50, 10; 3, 1, 4; ib. 43, 7; 4, 52, 5; 7, 14, 5 usw. — *ab tergo – obi.*, 24, 17, 3. *plerosq.*, Pol. c. 33, 5: ὥστε τοὺς πλείους αὐτῶν διαφθαρῆναι. — *edere – proel.* eine starke Metonymie, s. 23, 37, 5; 9, 37, 9. — *levia p. exc. pr.*, s. zu 4, 27, 4; 37, 18, 9.

7—8. *ira*, adversatives Asynde-

proelio barbaris est, quam imminuti animi. itaque ne perculsi
8 viderentur, prima luce postero die in aciem processere. non ca-
piebat omnis copias angusta, sicut ante dictum est, vallis: duae
ferme peditum partes, omnis equitatus in aciem descendit; quod
9 relicum peditum erat, obliquo constituerunt colle. Scipio, pro
se esse loci angustias ratus, et quod in arto pugna Romano ap-
tior quam Hispano militi futura videbatur, et quod in eum locum
detracta hostium acies esset, qui non omnem multitudinem eorum
10 caperet, novo etiam consilio adiecit animum: equitem nec se
posse circumdare cornibus in tam angusto spatio, et hosti, quem
11 cum pedite deduxisset, inutilem fore; itaque imperat Laelio, ut
per collis quam occultissimo itinere circumducat equites segre-
12 getque, quantum posset, equestrem ab pedestri pugnam; ipse
omnia signa peditum in hostis vertit; quattuor cohortis in fronte

ton. — *perculsi* nach Sp. (Put. hat *pulsi*) s. Pol.: διαγωνιάσαντες μὴ – δόξωσι καταπεπλῆχθαι. — *duae p.*, zwei Dritttheile, § 16. — *quod – erat* = *id pedit., quod,* s. 8, 24, 16; 1, 12, 1. *obliquo c.*, an dem schräg sich hinziehenden. — *constit.*, Mandonius und Indibilis, oder überhaupt die Anführer.

9—10. *pro se*, s. 9, 24, 8: *locus pro nobis erit;* 39, 30, 3: *loca pro hoste fuere.* — *in arto pugna*, wo die Kämpfenden eng zusammengedrängt, Mann gegen Mann stehen, Tac. Agr. 36: *in arto pugna;* Pol. c. 32, 7: διὰ τὸ κατὰ τὰς – συστάδην μάχας τόν τε καθοπλισμὸν – πολὺ διαφέρειν τῶν Ἰβήρων. — *videbatur – esset*, der Wechsel des Modus kann hier dadurch veranlasst sein, dass *videbatur* schon durch seine Bedeutung die subjective Ansicht bezeichnet, die im folg. Satze durch die Verbalform ausgedrückt wird: nach seiner Ansicht war; indess findet sich derselbe auch ohne diesen Grund, s. 38, 36, 4: *supplicatio – fuit, quod – tenebrae obortae fuerant, et novemdiale sacrum, quod – lapidibus pluuisset;* 22, 59, 10; 39, 47, 1: *quae obicerentur aut quae – dicenda erant;* 21, 40, 2; Cic. Fam. 13, 29, 1; über *cum* s. 30, 44, 10, vgl. 29, 18, 18. — *novo etiam*, ausserdem, dass das Terrain ihm günstig war. Der Plan selbst wird durch *itaque* etc. ausgeführt; *equitem – fore*, wozu aus *animum adiecit*, 25, 37, 17, etwa *reputans enim*, s. c. 31, 1, gedacht werden kann, enthält dazu die Motive. Dadurch, dass diese an das Vorhergeh. angeschlossen, nicht wie man erwarten sollte, durch *equitem enim, quem – fore videbat, Laelio imperat;* oder *nam cum – fore videret* mit dem Folg. verbunden sind, ist *itaque* in einem leichten Anacoluth angeknüpft, 2, 12, 3. — *deduxisset*, in das Thal, § 8. — *quem* = *eum (suum), quem.*

11—13. *per coll.*, Polyb.: προῆγε διὰ τῶν λόφων, τῶν ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ τὸν αὐλῶνα κατατεινόντων. — *posset*, das Imperf. steht in orat. obl. statt des fut. in or. recta bisweilen in untergeordneten Sätzen neben dem Präsens, nach einem praes. hist., Liv. 3, 21, 7; 42, 7, 6: *ut, quanto possent tumultu, – incurrant;* 5, 36, 4; 26, 29, 7; 43, 1, 10, zu c. 31, 4. Sall. C. 32, 2: *mandat, quibus possent, – confirment.* — *equestr. – pugnam*, s. c. 39, 6; 7, 7, 3: *novus veteri exercitus iungitur.* — *signa ped.*, die Fusstruppen unter ihren Fahnen. — *cohortes*, s. c. 14, 17;

statuit, quia latius pandere aciem non poterat. moram pugnandi 13
nullam fecit, ut ipso certamine averteret ab conspectu transeun-
tium per colles equitum. nec ante circumductos sensere, quam
tumultum equestris pugnae ab tergo accepere. ita duo proelia 14
erant: duae peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi,
quia misceri ex genere utroque proelium angustiae non patieban-
tur, pugnabant. Hispanorum cum neque pedes equiti neque 15
eques pediti auxilio esset, pedes fiducia equitis temere commis-
sus campo caederetur, eques circumventus nec peditem a fronte
— iam enim stratae pedestris copiae erant — nec ab tergo equi-
tem sustineret, et ipsi, cum diu in orbem sese stantibus equis
defendissent, ad unum omnes caesi sunt, nec quisquam peditum
equitumve superfuit, qui in valle pugnaverunt. tertia pars, quae 16
in colle ad spectaculum magis tutum quam ad partem pugnae
capessendam steterat, et locum et tempus ad fugiendum habuit;

also nur 12 Manipel, je drei hinter einander, während sonst alle Manipel der hastati der Legionen und der alae sociorum die erste acies bilden. — *averteret*, absolut, wie § 4 *territavere.* — *nec ante* scheint Sp. gehabt zu haben und L. braucht vor *ante* und *prius* mit *quam* gewöhnlich *nec*, nicht *neque*, welches die übrigen Hss. bieten, vgl. 7, 14, 8: *neque inde ante.*

14—15. *duo* zwei (die Sp. Hs. hat viell. richtig *duo diversa*, s. 23, 29, 12) – *duae – duo*, die beiden. — *equitatus*, der Plural. war hier nothwendig, bedeutet aber sonst Reiterschaaren, Sall. I. 46, 7, vgl. Caes. B. C. 1, 61, 3. — *per longitud.* entsprechend *latius* § 12, vgl. zu 27, 48, 7; nicht wie gewöhnlich neben-, sondern hintereinander, in der Länge des Thales hin. — *misceri*, von beiden Truppengattungen vermischt zusammen gekämpft werden konnte. — *Hispan.* etc., die Periode fängt so an, als ob nur folgen sollte: *et pedites et equites caesi sunt*, allein da zugleich die Folge von *cum – auxilio esset* näher angegeben wird in *pedes* etc., und diese wieder in ihrem weiteren Verlaufe in Bezug auf die *pedites* durch die Parenthese *iam – erant* ausgeführt ist, wird durch *et ipsi* ein neues Subject, s. c. 31, 2, aufgenommen, die Reiterei den Fusstruppen entgegengestellt, und das Vorhergeh. zusammenfassend und wiederholend noch *nec – pugnaverunt* angefügt, um den Uebergang zu *tertia pars* zu vermitteln. — *pedes fid.* über das Asyndeton s. 22, 39, 3. *a fronte*, da die spanischen Reiter mit den römischen im Gefecht sind, können sie nicht nach dem Fussvolke Front machen. L. scheint mehr die anfängliche Stellung derselben in gleicher Richtung mit dem Fussvolke gedacht zu haben. Polyb. spricht nicht von zwei verschiedenen Treffen, sondern sagt c. 33: *οἱ δ' ἱππεῖς – διεφθείροντο τῶν μὲν ἰδίων πεζῶν ἐκ πλαγίου προσκειμένων αὐτοῖς, τῶν δὲ πολεμίων τῶν πεζῶν κατὰ πρόσωπον τῶν δ' ἱππέων κατὰ νώτου περιεστώτων.* — *pedestr.*, c. 22, 10: *hostis.* — *in orb.*, c. 22, 15. *stantib. eq.*, 22, 47, 3.

16—17. *spectacul.*, um mit anzusehen. — *tutum*, von einem sicheren Punkte aus; Polyb. c. 33: *πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ τεταγμένους τῶν πολεμίων ἀντέταττε* (Scipio); sonst würden die Feinde nicht so ruhig zugesehen haben.

17 inter eos et reguli ipsi fugerunt, priusquam tota circumveniretur
34 acies inter tumultum elapsi. castra eodem die Hispanorum
praeter ceteram praedam cum tribus ferme millibus hominum
2 capiuntur. Romani sociique ad mille ducenti eo proelio ceciderunt, vulnerata amplius MMM hominum. minus cruenta victoria
fuisset, si patentiore campo et ad fugam capessendam facili foret
pugnatum.

3 Indibilis abiectis belli consiliis, nihil tutius in adflictis rebus
experta fide et clementia Scipionis ratus, Mandonium fratrem ad
4 eum mittit; qui advolutus genibus fatalem rabiem temporis eius
accusat, cum velut contagione quadam pestifera non Ilergetes
5 modo et Lacetani sed castra quoque Romana insanierint. suam
quidem et fratris et reliquorum popularium eam condicionem
esse, ut aut, si ita videatur, reddant spiritum P. Scipioni ab eodem illo acceptum, aut servati bis uni debitam vitam pro eo in
6 perpetuum devoveant. antea in causa sua fiduciam sibi fuisse
nondum experta clementia eius; nunc contra nullam in causa,
7 omnem in misericordia victoris spem positam habere. mos vetustus erat Romanis, cum quo nec foedere nec aequis legibus

34. 1—2. *Hispanorum* wird durch die ungewöhnliche Stellung, im Folg. *cum tribus – capiuntur* durch die Voranstellung von *praeter cet. praedam* gehoben. — *ad m. ducenti*, s. 27, 12, 16. — *vulnerata* etc., s. c. 2, 4. Die römischen Truppen haben wol, indem je 4 Cohorten durch die Zwischenräume der zurückgehenden vorrücken, nach und nach alle am Kampfe Theil genommen. — *ad – facil.*, 9, 21, 4.

3—6. *fratrem*, s. 26, 49, 11. — *advol. gen.*, vgl. 8, 37, 9. — *fatal.*, von dem Geschick zum Verderben erregt, vgl. 29, 8, 11; 5, 15, 2. — *pestif.* in Bezug auf die ursprüngliche Bedeutung von *contagio*, zu dem daher hier *velut – quadam*, s. 21, 43, 2, gesetzt ist, s. c. 27, 12. — *castra – insan.*, s. c. 1, 8. — *reddant*, ihm zurückgeben, den Tod willig erleiden wollten. — *servati bis* ist conditional: *si bis servati fuerimus*, vgl. 29, 14, 9, da sie erst einmal, s. 27, 17, erhalten sind, und dass es wieder geschehen werde, erst noch erwartet wird. — *bis uni*, absichtlich zusammengestellt. — *pro* scheint aus der bekannten Devotionsformel 8, 9, 8 beibehalten, obgleich man, da *vitam – in perp. dev.* nur weihen, widmen, bedeuten kann, den Dativ erwartet, vgl. Ov. Met. 14, 683. *misericord.*, Erbarmen mit ihrem Unglück; vorher *clementia*, Nachsicht des Machthabers gegen Fehlende.

7. *mos vet.*, s. 1, 38, 1 f.; die Sitte wird nur erwähnt, weil Scipio von derselben abweicht. — *cum quo* etc., aus *non prius – uti* geht hervor, dass es sich um die Art, wie ein Krieg beendigt werde, handele, wenn dieses nicht durch ein *foedus* oder *aeq. condic.* erfolge, so müsse es durch *deditio* geschehen. — *foedere – aequis condic.* bilden keinen genauen Gegensatz, da es auch *foedera aequis condicionibus* gab, s. 9, 4, 4; wie die ersten Verträge mit Carthago u. a.; da zu Ls' Zeit der Abschluss von solchen Verträgen in der Praxis selten war, Lange 2, 254, so scheint er unter *foedera*

iungeretur amicitia, non prius imperio in eum tamquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset, obsides accepti, arma adempta, praesidia urbibus imposita forent. Scipio 8
multis invectus in praesentem Mandonium absentemque Indibilem verbis, illos quidem merito perisse ipsorum maleficio ait, victuros suo atque populi Romani beneficio. ceterum se neque 9

solche verstanden zu haben, durch welche die sie mit Rom schliessenden Staaten in grössere oder geringere Abhängigkeit von den Römern kamen, wenn ihnen auch die Selbständigkeit durch den eidlich bekräftigten Vertrag garantiert wurde, s. 30, 37, 2 ff.; 33, 30 u. a., unter *aequis condicionib.* dagegen solche, in denen die Selbständigkeit der Staaten beschränkende Bedingungen sich nicht fanden, vgl. 34, 57, 7: *esse tria genera foederum – primum – alterum, cum pares bello aequo foedere in pacem – venirent*, vgl. Kuhn die städtische Verfass. des römischen Reichs 2, 15 f. — *cum quo – iungeret.*, die, mit denen (um den Krieg zu beendigen) weder – geschlossen würde. — *non prius* etc., man mache die Obergewalt gegen ihn als einen im friedlichen Verhältnisse stehenden nicht eher geltend, stelle die Feindseligkeiten gegen ihn nicht eher ein, als bis *deditio* erfolgt sei, vgl. 34, 57, 7: *unum (genus foederum) esse, cum bello victis dicerentur leges, ubi omnia – dedita essent;* 26, 33, 12; 36, 28, 5: *dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos – ante armis victos.* Der Satz *mos* etc. enthält eine Bemerkung Ls' oder seiner Quelle, kann nicht als zu der Rede Scipios gehörend betrachtet werden, da *Scipio invectus* etc. erst nachfolgt; daher kann sich *quippe ea* etc. auch nicht auf denselben beziehen.

8—10. *quidem* versichert den ganzen Gedanken: gewiss, sicherlich hätten sie. — *perisse*, in Folge ihres Vergehens seien sie so gut als vernichtet, wie oft *perii* u. ä. den sicheren Untergang bezeichnet, vgl. 40, 10, 5; 30, 16, 6: *temeritate – eversae*, ähnlich dem Gebrauche von *potui* u. ä. in Conditionalsätzen, vgl. 3, 50, 6: *fuisse;* ib. 72, 7. — *ipsor.*, s. 3, 38, 13; ib. 54, 2 doch ist viell. mit Duker *suo ipsorum* zu lesen im Gegensatze zu *suo atq. p. R.* – *ceterum* etc. ist in den Hss. lückenhaft, im Sp. fand sich, *neque arma iis adempturum*, was im P. fehlt, aber nach § 7 erwartet wird. Wenn aber *neque* richtig ist, so kann, da *neque se in obs.* etc. nicht demselben correspondiert, ein zweiter Satz mit *neque* nicht fehlen und wird sowol durch das Folg. als durch § 7 gefordert, näml. *neque obsides imperaturum*, was in Sp. leicht wegfallen konnte wie in Put. beide Sätze nach *ceterum* und im Folg. *expetitur. utrumq.*, § 12 *Silano T. remisso.* Je auffallender das Verfahren Scipios war, um so bestimmter musste es hervorgehoben werden; daher die negative und affirmative Bezeichnung desselben. Dass gerade die Nichtforderung von Geiseln als das Bedeutendere erschienen sei, zeigt Dio Cass. frg. 57, 45: *ὁ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς – ὁμήρους παρέχειν ἕτοιμος ὤν, ὁ δὲ Σκιπίων τὴν συμμαχίαν τοῦ ἀνδρὸς ἀποδεξάμενος ὁμήρων οὐκ ἔφη δεῖσθαι, τὸ γὰρ πιστὸν ἐν τοῖς οἰκείοις ἔχειν ὅπλοις*; Eutrop. 3, 17: *regem Hispanorum – victum in amicitiam recepit et primus omnium a victo obsides non poposcit.* Wollte man *ceterum* (*quippe ea – esse*) lesen, so wäre sowol *quippe* als *ea* sehr auffallend, da nichts vorhergeht, worauf sie sich beziehen könnten.

arma iis ademplurum *neque obsides imperaturum*, quippe ea pignera timentium rebellionem esse; se liberos iis, arma relinquere,
10 solutos metu animos; neque se in obsides innoxios, sed in ipsos, si defecerint, saeviturum, nec ab inermi sed ab armato hoste poenas expetiturum: utrumque expertis permittere sese, utrum propitios
11 an iratos habere Romanos mallent. ita dimissus Mandonius pecunia tantummodo imperata, ex qua stipendium militi praestari
12 posset; ipse Marcio in ulteriorem Hispaniam praemisso, Silano Tarraconem remisso paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent, cum expeditis Marcium iam adpropinquantem Oceano adsequitur.

35 Incohata res iam ante de Masinissa aliis atque aliis de causis dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi Scipione volebat atque eius dextra fidem sancire: ea tum itineris tam longi
2 ac tam devii causa Scipioni fuit. Masinissa cum Gadibus esset, certior adventare eum a Marcio factus, causando, corrumpi equos inclusos in insula penuriamque omnium rerum et facere ceteris
3 et ipsos sentire, ad hoc equitem marcescere desidia, Magonem perpulit, ut se traicere in continentem ad depopulandos proximos
4 Hispaniae agros pateretur. transgressus tris principes Numidarum praemittit ad tempus locumque conloquio statuendum. duos pro obsidibus retineri ab Scipione iubet, remisso tertio, qui, quo

— *pignera*, 9, 15, 7; 24, 1, 7. — *liberos iis*, nach Madvig, ist als genauere Bestimmung von *obsides* angemessen. — *solutos metu* (was in P. fehlt, vgl. 6, 11, 6; 8, 32, 1) ist Folgerung aus dem Vorherg., da die Geiseln und die Waffenlosigkeit Fesseln sind, s. 23, 4, 8, und der Kürze wegen von *relinquere* abhängig gemacht, st.: *ut soluti – essent* od. *esse possent*.

11—12. *pecunia* etc., nur dieses erwähnt App. c. 37. — *stipend.*, da die P. und die meisten Hss. *praesidium* haben, ist viell. *praesens stip.* zu lesen; der c. 32, 1 ausgezahlte Sold war rückständig gewesen. — *Silano – remisso* scheint Sp. gehabt zu haben, in P. ist der Satz nach *praemisso* ausgefallen; ohne denselben wäre die Wiederholung von *Marcium* auffallend; über *praemisso – remisso* s. 26, 44, 1; 25, 37, 1; 33, 18, 18 u. a. — *iam adpr.*, er holt ihn erst ein, als er bereits, s. c. 26, 7.

35. Verbindung mit Masinissa; Appian. Ib. 37; Lib. 10; Zon. 9, 11; Sil. It. 16, 136.

1—4. *incohata*, vgl. 29, 23, 3: *mentio incohata*. — *res de*, s. 6, 38, 1: *suspensa de legibus res*; 2, 22, 5: *de foedere – rem*; 4, 43, 5; 26, 15, 9; 10, 8, 1: *integra causa – de sacerdotiis*. Zur Sache s. c. 16, 11. — *dextra* n. *accepta*, s. 25, 16, 13. — *devii*, von dem Punkte aus, wo er jetzt war. Es ist der dritte Zug in diese Gegenden in diesem Jahre. *Gad. ess.*, dagegen, vgl. c. 16, 11. *penuriam*, die nur durch einen schmalen Sund vom Continent getrennte und mit diesem durch eine Brücke verbundene Insel, auf der Gades liegt, ist klein. — *Magonem* ist in P. ausgefallen. — *tris* etc., s. 24, 48, 2; 9.

iussus erat, adduceret Masinissam, cum paucis in conloquium venerunt. ceperat iam ante Numidam ex fama rerum gestarum 5
admiratio viri, substitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam; ceterum maior praesentis veneratio ce- 6
pit; et, praeterquam quod suapte natura multa maiestas inerat, adornabat promissa caesaries habitusque corporis, non cultus munditiis, sed virilis vere ac militaris, et aetas in medio virium robore, quod plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos 7
iuventae faciebat. prope attonitus ipso congressu Numida gra- 8
tias de fratris filio remisso agit; ex eo tempore adfirmat eam se quaesisse occasionem, quam tandem oblatam deum immortalium beneficio non omiserit; cupere se illi populoque Romano ope- 9

5—7. *viri*, s. 2, 40, 9; im Folg. ist die Auslassung von *is* in mehreren Casus zu beachten. — *substitueral*, er hatte sich ein Bild (Phantasiebild) statt der wirklichen Gestalt gemacht, vgl. Quint. 3, 8, 54: *utimur ficta personarum, quas ipsi substituimus, oratione. animo* im Geiste oder durch den G., wie *destinare animo* u. ä., anders 29, 1, 10. — *praes. vener.* in Bezug auf *speciem* die wirkliche Verehrung als er ihm persönlich gegenüber stand; es ist die Wirkung, deren Ursache im Folg. angegeben wird. Nur selten berührt L. das Aeussere grosser Männer, vgl. die Schilderung Hannibals 21, 4, 2; das Imponierende desselben an Scipio veranschaulicht er durch den Eindruck den es auf einen Fremden macht wie das Geistige c. 18, 7. — *multa*, s. 3, 12, 1 *cepit* nach *ceperat* s. c. 27, 6. — *maiestas*, hier Würde, Hoheit, des Einzelnen, sonst mehr von Göttern, dem Volke, Senate usw. — *caesar.*, selten in Prosa, von L. nur hier gebraucht; *promissa*, gegen die Sitte der Römer, die damals das Haar kurz abzuschneiden pflegten. — *mundit.*, Putz, wie er sich für Frauen schickt. — *in med. v. r.*, s. 27, 46, 3; 40, 6, 4: *medio iuventae robore*, in voller Jugendkraft, im 30 Jahre, s. 21, 46, 7. *quod* hat sich an *robur* angeschlossen, obgleich *plenius* sich mehr auf das Volle, Wolgenährte des Körpers, *nitidius* auf die dadurch bedingte Glätte oder auf das Weisse, Glänzende der Haut bezieht. — *renov.*, s. 21, 21, 8; 36, 14, 10; *flos i.*, s. c. 21, 9; Curt. 3, 12, 8; Verg. Aen. 1, 589: *decoram caesariem – lumenque iuventae.*

8—10. *attonit.*, von L. wol zuerst in Prosa gebraucht, geht auf § 6 zurück: erschüttert wie von einer Göttererscheinung, worauf schon *veneratio* hinweist, s. 1, 16, 6 *venerabundus*. — *frat. fil.*, 27, 19, 9 heisst es: *apud maternum avum Galam – eductum cum avunculo Masinissa*, wonach an u. St. *sororis filius* zu erwarten war, ein Versehen Ls' oder er folgt einer anderen Quelle als früher. — *eam – quam*, eine solche, wie er sie jetzt, wo sie sich darbiete usw. — *cupere*, sowol Appian als Zon. geben nach anderen Quellen als einen wichtigen Grund des Abfalls Masinissas von den Puniern die Verheirathung der ihm verlobten Sophoniba mit Syphax an, s. zu 25, 34, 1; 29, 23, 3; Dio Cass. fr. 57, 51; Zon.: *ὁ Ἀσδρούβας – τήν τε ἀρχὴν – αὐτῷ (τῷ Σύφακι) συγκατέπραξεν, ἣ τῷ Μασινίσσᾳ προσῆκε, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τότε θανόντος, καὶ τὴν Σοφωνίδα συνῴ-*

ram navare ita, ut nemo unus externus magis enixe adiuverit
10 rem Romanam; id se, etiamsi iam pridem vellet, minus praestare
in Hispania, aliena atque ignota terra, potuisse: in qua autem
genitus educatusque in spem paterni regni esset, facile praesta-
11 turum; si quidem eundem Scipionem ducem in Africam Romani
12 mittant, satis sperare perbrevis aevi Carthaginem esse. laetus eum
Scipio vidit audivitque, cum caput rerum in omni hostium equi-
tatu Masinissam fuisse sciret, et ipse iuvenis specimen animi prae
se ferret. fide data acceptaque profectus retro Tarraconem est;
13 Masinissa permissu Romanorum, ne sine causa traiecisse in con-
tinentem videretur, populatus proximos agros Gadis rediit.

36 Magoni desperatis in Hispania rebus, in quarum spem sedi-
tio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos eius sustu-
lerant, paranti traicere in Africam nuntiatum ab Carthagine est
iubere senatum, ut classem, quam Gadibus haberet, in Italiam
2 traiceret; conducta ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima pos-
set iuventute coniungeret se Hannibali, neu senescere bellum
3 maximo impetu, maiore fortuna coeptum sineret. ad eam rem

κισεν etc. — *nemo unus*, kein Einzelner unter den Auswärtigen, im Gegensatz zu der Gesammtheit oder zu Staaten derselben: er werde mehr thun, jeden Einzelnen für sich will er übertreffen, vgl. c. 37, 6; 3, 12, 4; 9, 16, 19. Bei *externus* steht *nemo* wie sonst bei Adjectiven, s. 4, 4, 8: *nemo plebeius*, oft *nemo Romanus* u. ä., nicht *nullus*. — *adiuver.*, der Erfolg werde zeigen, dass usw., vgl. c. 41, 10; 43, 18; 27, 27, 12. — *vellet*, (schon lange) wolle, vgl. 27, 17, 13. — *aevi*, von dem menschlichen Lebensalter auf den Staat übertragen. — *sper.* - *esse*, s. zu 1, 5, 5.

12. *caput*, die Seele von Allem, vgl. Dio Cass. frg. 57, 50. — *ipse*, seine Person, dem Rufe gegenüber. — *specim.* - *ferr.*, seinen Geist durch deutliche Beweise an den Tag lege, s. c. 21, 3; 29, 31, 3; 35, 15, 3: *id iam specimen sui dederat.* — *fide*, App. c. 37: *ὤμοσε συμμαχήσειν, ἂν ἐς Λιβύην στρατεύῃ*. So hat Scipio durch seine Persönlichkeit die beiden mächtigsten Könige in Africa gewonnen und seinen Uebergang dahin vorbereitet.

36—37. Letzte Unternehmungen Magos in Spanien. App. Ib. 37; Zon. 9, 10.

1—3. *in spem*, s. 26, 6, 16; 21, 43, 7; anders c. 36, 9. — *quant. max.* hier von der Grösse der Anzahl, s. 29, 3, 13. — *ut traic.*, so wird *iubere* in Senats- und Volksbeschlüssen bisweilen mit *ut* verbunden, s. zu 37, 51, 5; 1, 17, 11; 38, 54, 3; häufiger ist der blosse Conjunctiv, besonders wenn in einem anderen Satze der Infinit. vorhergegangen ist. — Der Senat in Carthago verfolgte noch immer den früheren Kriegsplan, s. 27, 20, 6; ib. 38, 6. — *se* fehlt im P., vgl. zu 25, 35, 1; Nägelsbach § 116, 3. — *senesc.*, erschlaffen (einschlafen) lassen. — *maiore* nach *maximo*, s. zu 4, 13, 1; wenn der Senat dieses ausgesprochen hätte, so müsste er Hannibals Thätigkeit nicht anerkannt, schon jetzt auf der Seite der Gegner desselben gestanden haben, s. 30, 16, 5; doch ist es wol das Urtheil eines Annalisten. —

et a Carthagine pecunia Magoni advecta est, et ipse quantam po-
tuit a Gaditanis exigit, non aerario modo eorum sed etiam templis
spoliatis et privatim omnibus coactis aurum argentumque in pu-
blicum conferre. cum praeterveheretur Hispaniae oram, haud 4
procul Carthagine nova expositis in terram militibus proximos
depopulatur agros, inde ad urbem classem adpulit. ibi cum inter- 5
diu milites in navibus tenuisset, nocte in litus expositos ad par-
tem eam muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit, nec
praesidio satis valido urbem teneri ratus, et aliquos oppidanorum
ad spem novandi res aliquid moturos. ceterum nuntii ex agris 6
trepidi simul populationem agrestiumque fugam et hostium ad-
ventum adtulerant, et visa interdiu classis erat, nec sine causa 7
electam ante urbem stationem apparebat. itaque instructi arma-
tique intra portam ad stagnum ac mare versam continebantur.
ubi effusi hostes, mixta inter milites navalis turba, ad muros tu- 8
multu maiore quam vi subierunt, patefacta repente porta Romani
cum clamore erumpunt, turbatosque hostes et ad primum incur- 9
sum coniectumque telorum aversos usque ad litus cum multa
caede persequuntur; nec, nisi naves litori adpulsae trepidos ac- 10
cepissent, superfuisset fugae aut pugnae quisquam. in ipsis quo- 11
que trepidatum navibus est, dum, ne hostes cum suis simul in-
rumperent, trahunt scalas orasque et ancoras, ne in moliendo
mora esset, praecidunt; multique adnantes navibus, incerto prae 12

templis, es war dort ein sehr berühmter und reicher Tempel des tyrischen Hercules, 21, 21, 9.

5—8. *partem – qua*, vgl. 26, 45, 9. — *aliquid mot.*, 27, 17, 4; er hofft, sie würden der römischen Herrschaft bereits überdrüssig sich erheben. Eine Flotte, die ihn hätte abhalten oder seine Unternehmung gegen Italien hindern können, war nicht da, weil Scipio den grösseren Theil seiner Schiffe nach Italien geschickt hat, s. c. 38, 1; 27, 22, 7; die übrigen viell. nicht im kriegsfähigen Stande sind, 27, 17, 6. — *simul – que – et* verbinden drei zusammengehörige Momente, *et* und *nec* fügen neue hinzu. — *stag. a. m.*, der Sumpf hieng mit dem Meere zusammen, s. 26, 45, 8.

8—13. *mixta – turba.* Epexegese zu *hostes.* — *ad pr. – coniect. tel.*, bei dem ersten Wurf mit den Geschossen; *telorum* wie 38, 27, 4; dagegen *ad coniectum teli* in die Wurflinie. — *tr. scalas*, s. Bell. Alex. 20, 4: *qui in navibus longis remanserant scalas rapere navesque a terra repellere properabant*, auch κλίμακες oder ἀποβάθρα genannt, sie werden vom Verdeck heruntergelassen oder an das Land gelehnt, damit man leichter in das Schiff gelangen kann. — *oras*, die Stricke, mit denen das Hintertheil des Schiffes am Ufer befestigt wurde, s. 22, 19, 10, während man die Anker in der Regel vom Vordertheil aus, s. Verg. Aen. 3, 277; 6, 901 (nur ausnahmsweise geschieht es Act. Apost. 27, 29 vom Hintertheil aus) durch die ὀφθαλμοί (Klüsen) in die See liess, und so dieses feststellte. — *moliendo*, beim Aufwinden des Ankers. — *praecidunt* passt zunächst nur zu

13 tenebris, quid aut peterent aut vitarent, foede interierunt. postero die cum classis inde retro ad Oceanum, unde venerat, fugisset, ad octingentos homines caesi inter murum litusque et ad duo millia armorum inventa.

37 Mago cum Gadis repetisset, exclusus inde, ad Cimbios — haud procul a Gadibus is locus abest — classe adpulsa, mittendis legatis querendoque, quod portae sibi socio atque amico clausae
2 forent, purgantibus iis multitudinis concursu factum, infestae ob direpta quaedam ab conscendentibus naves militibus, ad conloquium sufetes eorum, qui summus Poenis est magistratus, cum
3 quaestore elicuit, laceratosque verberibus cruci adfigi iussit; inde navibus ad Pityusam insulam centum millia ferme a continenti
4 — Poeni tum eam incolebant — traiecit. itaque classis bona cum pace accepta est, nec commeatus modo benigne praebiti, sed in supplementum classi iuventus armaque data. quorum fiducia Poenus in Baliares insulas — quinquaginta inde millia absunt —
5 tramisit. duae sunt Baliares insulae; maior altera atque opulen-

oras, ist aber auch auf *ancoras* bezogen, weil diese gleichfalls an Tauen befestigt waren, Cic. Verr. 5, 33, 88. — *incerto*, s. c. 17, 14. *retro - unde*, 24, 20, 3. *ad octingentos*, s. zu 10, 33, 6; 27, 42, 7; doch hat P. hier *octingenti.*

37. 1—2. *Gades rep.*, der Grund der Rückkehr ist aus dem Erzählten nicht deutlich. Auch § 2 *ob dir. quaed.* stimmt wenig zu c. 36, 3; über die Gesinnung der Gaditaner s. c. 23, 7. — *Cimbios*, der Ort ist nicht weiter bekannt; die von L. für die spanischen Verhältnisse benutzte Quelle enthielt verhältnissmässig viele, zum Theil, s. c. 21, 6; 22, 1 u. a., sonst nicht vorkommende geographische Angaben. — *mittendis leg. quer.*, s. c. 16, 10; 25, 40, 6; durch die vielen abl. abss. = *cum classe adpulsa legatos mitteret - illi autem purgarent*, ist die Construction nicht ohne Härte, s. c. 31, 1; die Periode wegen der vielen Zwischensätze und zwei Parenthesen, wie 9, 26, 15 f. wenig übersichtlich. — *socio a. a.*, die Stadt ist also nur verbündet mit Carthago, dieses scheint aber die Gaditaner eben so hart behandelt zu haben, wie die Bundesgenossen in Africa, s. 21, 21. — *iis purg.*, 24, 47, 6. *iis* ist aus *Gadibus* zu erklären; über das folg. *eorum* s. 1, 28, 10. *factum*, s. zu 1, 9, 16. — *sufetes* (phönicisch *schophetim*) die höchsten Magistrate in den phönicischen Städten, s. 30, 7, 5. — *quaestor*, nach römischer Weise: Schatzmeister, s. 33, 46, 3.

3—4. *Pityusam*, wol die grössere, 22, 20, 7. — *cent. mil.*, nach Andern 700 Stadien. — *Poeni*, s. Sil. It. 3, 362: *Ebusus Phoenissa;* die Phönicier hatten seit langer Zeit eine Niederlassung daselbst; dass aber nicht allein Punier dort wohnten, bezeugt Diod. 5, 16: *κατοικοῦσι δ' αὐτὴν βάρβαροι παντοδαποί, πλεῖστοι δὲ Φοίνικες.* — *classi* für die Flotte, weil nicht diese selbst ergänzt werden soll, wie die Heere, 29, 13, 8 *in ceterorum exercituum supplementum;* 25, 5, 5 *supplementum veteribus legionibus;* 42, 10, 12. Ob Sp. *classis* hatte, ist nicht bemerkt.

5—9. *maior*, j. Majorca. — *portum,* Strabo 3, 2, p. 167: *ἀμφω*

tior armis virisque; et portum habet, ubi commode hibernaturum se — et iam extremum autumni erat— credebat. ceterum haud 6
secus, quam si Romani eam insulam incolerent, hostiliter classi occursum est. fundis ut nunc plurimum, ita tum solo eo telo utebantur, nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte quantum inter alios omnes Baliares excellunt. itaque tanta vis 7
lapidum creberrimae grandinis modo in propinquantem iam terrae classem effusa est, ut intrare portum non ausi averterent in altum naves. in minorem inde Baliarium insulam traiecerunt, 8
fertilem agro, viris armis haud aeque validam. itaque egressi na- 9
vibus super portum loco munito locant castra; ac sine certamine urbe agroque potiti duobus millibus auxiliarium inde conscriptis missisque Carthaginem ad hibernandum naves subduxerunt. post 10
Magonis ab Oceani ora discessum Gaditani Romanis deduntur.

γὰρ εὐδαίμονες καὶ εὐλίμενοι. — *haud sec.*, wahrscheinlich waren auch hier die Bewohner zum Theil Phönicier, da diese die Insel seit alter Zeit als Handelsstation benutzt haben; aber diese hat sich früher schon, s. 22, 20, 9, den Römern unterworfen. — *fundis* ist nachdrücklich vorangestellt, als ob es zu beiden Gliedern gehören sollte, im zweiten aber statt *solis* das allgemeinere *eo telo* gesetzt, s. c. 33, 15; 31, 45, 13. — *quisquam un.*, hier zur Einleitung einer Steigerung, s. 2, 9, 8, vgl. c. 35, 9. — *alterius*, 26, 8, 2. — *inter alios* n. *homines*. *omnes* gehört zu *Baliares:* kein Einzelner (selbst nicht der Geschickteste) in irgend einem andern Volke zeichnet sich so vor den übrigen (weniger Geübten in diesem Volke) aus, wie vor den übrigen Menschen die Bal. alle; indess kann L. *omnes*, obgleich der Gegensatz zu *unus* die Beziehung auf *Baleares* wahrscheinlich macht, zugleich auch auf *alios* bezogen wissen wollen, vgl. c. 23, 6; 29, 24, 4 u. a., da *inter alios* unter den anderen, übrigen, aber auch unter anderen bedeuten kann und den Gegensatz nicht bestimmt genug bezeichnet. Gron. wollte *alias* n. *gentes* lesen. Zur Sache vgl. Diod. 5, 17: *Βαλλιαρεῖς ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις — κάλλιστα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων;* Strabo l. l. p. 168. Periocha 60: *vel a Balio, Herculis comite.* — *itaque tanta* geht nach der Parenthese auf *haud secus* zurück; das folg. *itaque* (das dritte in dem Capitel) bezieht sich auf *haud validam*, die Abneigung der Bewohner gegen die Punier wird durch *potiti* etc. angedeutet. — *ausi*, synesis, wie c. 19, 2. — *super*, 27, 48, 2. *locant* fehlt im P. — *missis Carth.*, s. 21, 21, 12. — *subduxer.*, an das Ufer, wo, wenn man überwintern wollte, ein befestigtes Schiffslager angelegt wurde, s. 23, 28, 3; 36, 45, 8: *cum iam hiems adpeteret, fossa valloque circumdatis naves subductae.*

10. *Gadit. ded.*, da die Uebergabe eine freiwillige ist, so erhalten sie günstige Bedingungen, die ihnen wahrscheinlich in einem Bündniss verbürgt wurden, s. 32, 2, 5; Cic. Balb. 15, 34: *L. Marcius, primi pili centurio, cum Gaditanis foedus icisse dicitur. — tum M. Lepido L. Catulo consulibus est cum Gaditanis foedus vel renovatum vel ictum,* vgl. Rubino 1, 262; Kuhn 2, 15.

38. Rückkehr Scipios; Magistratswahlen in Rom; Vertheilung der

38 Haec in Hispania P. Scipionis ductu auspicioque gesta. ipse L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita decem navibus
2 Romam rediit, et senatu extra urbem dato in aede Bellonae, quas res in Hispania gessisset, disseruit, quotiens signis conlatis dimicasset, quot oppida ex hostibus vi cepisset, quas gentes in dicio-
3 nem populi Romani redegisset: adversus quattuor se imperatores, quattuor victores exercitus in Hispaniam isse, neminem Cartha-
4 giniensem in iis terris reliquisse. ob has res gestas magis temptata est triumphi spes quam petita pertinaciter, quia neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, consta-
5 bat. senatu misso urbem est ingressus, argentique prae se in aerarium tulit decem quattuor millia *pondo* trecenta quadraginta

Provinzen; Polyb. 11, 33; App. Ib. 38; Hannib. 55; Zon. 9, 11; Val. Max. 8, 15, 1; Dio Cass. fr. 57, 56.

1. *ductu ausp.*, c. 16, 14. *Lentul.* ist im J. 543; *Manl.* im J. 544 Prätor, s. 25, 41, 12; 26, 23; beide werden als Private wie P. Scipio *cum imperio* nach Spanien geschickt, s. 29, 13, 7; 31, 20, 4, wo bemerkt wird, dass sie als Proconsuln wie Scipio die Provinz verwalteten, vgl. zu 33, 25, 8; Momms. 2, 633, was viell. auch an u. St. angedeutet war. Nach Pol. übergibt Scipio das Heer dem Silanus und Marcius, viell. nur bis zur Ankunft der Nachfolger. — *rediit*, die Abberufung Scipios, s. 27, 7, 17: *donec revocati ab senatu forent*, ist durch die Sendung von Nachfolgern bezeichnet, vgl. Zon.: *Σκιπίων δὲ πάντα τὰ ἐντὸς τοῦ Πυρηναίου — προσποιησάμενος ἐς τὴν Λιβύην στείλασθαι ἡτοιμάζετο. οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ μὲν φθόνῳ τῶν καθορθωμάτων αὐτου, τὰ δὲ φόβῳ — ἀνεκαλέσαντο αὐτόν*; Dio Cass. fr. 57, 55: *ὅτι μείζων τῆς κοινῆς ἀσφαλείας ἐγεγόνει — ὅπως μὴ ἑαυτοῖς τύραννον αὐθαίρετον ἐπασκήσωσιν ἐσκόπουν.*

2–4. *extra u.*, c. 9, 5. — *quattuor.*, c. 28, 9; 38, 53, 1, rhetorische Steigerung, denn als Scipio nach Spanien gieng, standen nur drei punische Heere daselbst, die überdies nach L. vorher geschlagen waren, s. 26, 20, 6; 25, 39; erst nach Hasdrubals Abzug war Hanno gekommen, s. c. 1, 4. — *neminem*, wie 27, 5, 3. — *temptata sp.*, s. c. 18, 10; der Kürze und Gleichheit der Construct. wegen ist auch *petita* auf *spes* bezogen, obgleich der Triumph das Object von *petere* ist, vgl. c. 34, 9; 36, 11 *ancoras;* zur Sache s. 10, 37, 6. — *sine mag.*, die Proconsuln und Proprätoren, da sie nur für ihre Provinz, nicht für den ganzen Staat und in Rom das *imperium* und die *potestas* haben, sind nicht eigentlich Magistrate; Mommsen Str. 1, 124; vgl. 31, 20, 2: *exemplum a maioribus non accepisse, ut qui neque dictator neque consul neque praetor res gessisset, triumpharet;* doch wird a. a. O. Lentulus die ovatio gestattet. Triumphe von Feldherrn, denen unmittelbar nach dem Magistratsjahre das imperium verlängert ist, sind nicht selten.

5. *misso*, von dem Prätor, der ihn auf Scipios Verlangen berufen hat. — *ingressus*, zu Fuss, als Privatmann, 32, 7, 4: mit Unrecht legt ihm Appian den Triumph bei. — *decem q.*, s. 29, 2, 17; ib. 37, 6 u. a. — *pondo* ist im P. ausgefallen; es betrug 55 Mk.; aus dem Gegensatze *signa* etc. (hier mit punischem oder spanischem Gepräge)

duo et signati argenti magnum numerum. comitia inde creandis 6 consulibus habuit L. Veturius Philo, centuriaeque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt. collega additur ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. ceterum comitia maiore quam 7 ulla per id bellum celebrata frequentia proditum memoriae est: convenerant undique non suffragandi modo, sed etiam spectandi 8 causa P. Scipionis, concurrebantque et domum frequentes et in Capitolium ad immolantem eum, cum centum bubus votis in Hispania Iovi sacrificaret, spondebantque animis, sicut C. Lutatius 9 superius bellum Punicum finisset, ita id, quod instaret, P. Corne- 10 lium finiturum, atque uti Hispania omni Poenos expulisset, sic Italia pulsurum esse, Africamque ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant. praetoria inde comitia ha- 11 bita. creati duo, qui tum aediles plebis erant, Sp. Lucretius Cn. Octavius, et ex privatis Cn. Servilius Caepio et L. Aemilius Papus.

Quarto decimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et P. 12 Licinius Crassus ut consulatum inierunt, nominatae consulibus provinciae sunt, Sicilia Scipioni extra sortem concedente collega, quia sacrorum cura pontificem maximum in Italia retinebat, Bruttii Crasso. tum praetoriae provinciae in sortem coniectae. 13 urbana Cn. Servilio obtigit, Ariminum — ita Galliam appellabant — Sp. Lucretio, Sicilia L. Aemilio, Cn. Octavio Sardinia.

geht die Beschaffenheit des zuerst genannten hervor. — *numerum* n. *nummum*, vgl. c. 45, 18.

6—10. *centur. omn.*, s. 26, 18, 9; ungenau Val. Max. 8, 15; Aur. Vict. 49, 12. — *dixer.*, 24, 7, 12. — *Licinius*, 27, 22. — *ceterum* führt einen beiläufigen Zusatz ein, etwa: zu bemerken ist. — *frequentia*, weil gewöhnlich viele Bürger, die entfernt von der Stadt wohnten, nicht zum Stimmen dahin kamen. — *spectandi* der gleichen Construct. mit *suffragandi* wegen, gewöhnlich sagt L. *spectatum;* die Wortstellung wie c. 21, 1. — *centum,* eine Hecatombe, 7, 37, 1. — *cum — sacrif.*, Erklärung und genauere Bestimmung von *immolant.*, vgl. c. 23, 2; 22, 1, 19. — *spondebantq. an.* gelobten, versprachen es sich, glaubten fest, s. 3, 59, 3; 4, 13, 4; 45, 19, 7; Sp. hat *despondebantq. a.*, was nicht minder passend, viell. vorzuziehen ist, s. 4, 13, 3; 26, 37, 5. — *superius*, wie 21, 29, 7; häufiger ist *prius*, — *expul.* — *puls.*, um abzuwechseln, 21, 24, 4. — *instar.*, 29, 4, 1. — *perinde ac*, ohne *si*, s. zu 4, 7, 11. *destin.*, wie vorher *spondeb.* oft mit *animo*, *animis*, c. 24, 3.

11. *inde* geht nach der parenthetischen Bemerkung auf § 6 zurück. — *qui tum* etc., s. c. 10, 2. — *Octav.* — *privatis* fehlt in P. — *et* verbindet das asyndetische mit dem syndetischen Gliede. — *Servil.* ist im J. 207 Aedil., s. c. 10. — *Papus*, vgl. 42, 28, 10; CIL. I. n. 630.

12—13. *ut* hat Sp. nicht. — *nominatae*, s. zu 21, 17, 1. — *conced.*, gewöhnlich entscheidet das Loos, s. 26, 29, 8, Mommsen 1, 51. *Italia*, hier alles Land zwischen den Alpen und der Meerenge, vgl. 27, 5, 15. — *urbana* (*provincia*)

14 Senatus in Capitolio habitus. ibi referente P. Scipione se-
natus consultum factum est, ut quos ludos inter seditionem mili-
tarem in Hispania vovisset, ex ea pecunia, quam ipse in aerarium
39 detulisset, faceret. tum Saguntinorum legatos in senatum in-
troduxit. ex eis maximus natu: „etsi nihil ultra malorum est,
patres conscripti, quam quod passi sumus, ut ad ultimum fidem
vobis praestaremus, tamen ea vestra merita imperatorumque ve-
strorum erga nos fuerunt, ut nos cladium nostrarum non pae-
2 niteat. bellum propter nos suscepistis, susceptum quartum
decimum annum tam pertinaciter geritis, ut saepe ad ultimum
discrimen et ipsi veneritis et populum Carthaginiensem adduxe-
3 ritis. cum in Italia tam atrox bellum et Hannibalem hostem habe-
retis, consulem cum exercitu in Hispaniam velut ad colligendas
4 reliquias naufragii nostri misistis. P. et Cn. Cornelii, ex quo in
provinciam venerunt, nullo tempore destiterunt, quae nobis se-
5 cunda quaeque adversa hostibus nostris essent, facere. iam omnium primum oppidum nobis restituerunt, per omnem Hispaniam
civis nostros venum datos, dimissis, qui conquirerent, ex servi-
6 tute in libertatem restituerunt. cum iam prope esset, ut opta-

dirigi, iam in portu fore omnem classem. Scipio, ut in conspectu 9
terra fuit, precatus, uti bono rei publicae suoque Africam videret,
dare vela et alium infra navibus accessum petere iubet. vento 10
eodem ferebantur; ceterum nebula sub idem ferme tempus, quo

perpetrato angues adlapsi. — *porricit*] s. Paul. Diac. S. 219: *porriciam porro iaciam*; Hom. Φ 131: *ἱερεύετε ταύρους, ζωοὺς δ' ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους*; Xen. Anab. 4, 3, 18.

6. *vento secundo*] ist als ein Begriff zu nehmen; vgl. Caes. BC. 3, 101, 2: *magno vento et secundo.* — *profecti*]* — *e conspectu terrae*] 'aus dem Gesichtskreis des Landes', so dafs sie von da nicht mehr gesehen werden konnten; sonst findet sich *conspectus* seltener von leblosen Gegenständen gebraucht; s. 40, 21, 7: *in conspectu locorum*; Varro R. R. 1, 7, 6: *in conspectu oppidi.* — *et*] fügt einen neuen Umstand an, den wir durch 'da' anknüpfen; s. 28, 26, 11. — *excepit*] 'trat ein'; s. 2, 61, 1; 23, 18, 15; 25, 23, 8. — *vix ut . .*] diese bei Cicero häufige Wortstellung ist bei Livius ganz selten.

7. *obtinuit*] 'herrschte', hielt die Nacht durch an; häufiger steht in dieser Bedeutung *tenere.* — *est discussa . .*] die Sonne verscheucht den Nebel, der (wie § 10: *premente* und auch § 6: *lenior ventus . .* andeutet) den Wind niederhält; vgl. Senec. q. n. 5, 9, 3: *facit ventum sol ortus*; ebd. 5, 8, 3: *circa medium diem relanguescunt* (*venti*). Dieselbe Erscheinung, von Livius mit abwechselndem Ausdruck § 7 und 10 geschildert, wiederholt sich an allen drei Tagen der Überfahrt.

8. *gubernator*] von dem aufser der Kenntnis dessen, was zur Leitung des Schiffes gehörte, auch Bekanntschaft mit den Häfen, Vorgebirgen u. s. w. gefordert wurde. An u. St. ist der Steuermann des Admiralschiffes gemeint. — *Mercuri promunturium*] auch promunturium Hermaeum genannt, jetzt Kap Bon, Râs Adar, an der östlichen Spitze der Bucht, in welcher Karthago liegt. — *dirigi*] absolut, = dafs darauf hingesteuert werde. — *iam*] bezeichnet die unmittelbare Folge ('alsbald, sogleich'), wenn der im Vordersatze bezeichnete Fall wirklich wird; gewöhnlich mit dem Futurum verbunden; s. 3, 17, 7; 39, 16, 4. Was für ein Hafen im Folgenden gemeint ist, läfst sich nicht bestimmen, er mufs nahe bei dem Vorgebirge gewesen sein.

9. *videret*]* — *dare vela*] bei dem Winde führen auch die Kriegsschiffe Segel; an u. St. ist es mehr = weitersegeln. — *infra*] 'weiter abwärts', d. h. weiter südlich innerhalb oder aufserhalb der Bucht; so gesagt, weil das Vorgebirge weiter hervorragt. Nach App. 13: *περὶ Ἰτύκην πόλιν, ἐς ἣν ὁ Σκιπίων καταχθεὶς ὑπ' ἀνέμων . . ἐστρατοπέδευσε* wird die Flotte in der Nacht mehr westlich getrieben.

pridie, exorta conspectum terrae ademit, et ventus premente ne-
11 bula cecidit. nox deinde incertiora omnia fecit. itaque ancoras,
ne aut inter se concurrerent naves aut terrae inferrentur, iecere.
12 ubi inluxit, ventus idem coortus, nebula disiecta aperuit omnia
Africae litora. Scipio, quod esset proximum promunturium, per-
cunctatus, cum Pulchri promunturium id vocari audisset, 'placet
13 omen' inquit; 'huc dirigite naves!' eo classis decurrit, copiae-
que omnes in terram expositae sunt.

Prosperam navigationem sine terrore ac tumultu fuisse per-
14 multis Graecis Latinisque auctoribus credidi. Coelius, praeter-
quam quod non mersas fluctibus naves, ceteros omnis caelestis
maritimosque terrores, postremo abreptam tempestate ab Africa
classem ad insulam Aegimurum, inde aegre correctum cursum
15 exponit et prope obrutis navibus iniussu imperatoris scaphis,
haud secus quam naufragos, milites sine armis cum ingenti tu-
multu in terram evasisse.

10. *premente*] s. 10, 32, 7. — *cecidit*] s. 25, 27, 11. — *omnia*] d. h. alles, was hier in Betracht kommen konnte; auch sonst ist *omnis* bei Livius nicht immer im strengen Sinne gebraucht; vgl. 29, 4; 21, 5, 17; 22, 43, 2.

12. *nebula* . .] s. 22, 6, 9. — *aperuit*] liefs sichtbar werden; s. 22, 6, 9. — *Pulchri promunturium*] Livius betrachtet *Pulchrum* als Nomen proprium; vgl. 24, 35. 3: *Pachyni promunturium*; bei Pol. 3, 22 heifst es *τὸ Καλὸν ἀκρωτήριον*; wahrscheinlich ist es das den Golf von Karthago nordwestlich begrenzende, jetzt Râs Sidi Ali el Mekki genannte Vorgebirge, verschieden von dem weiter westlich liegenden promunturium Candidum jetzt Râs el Abiad (Nordspitze des afrikanischen Kontinents), und dem zwischen beiden hervorragenden promunturium Appollinis, jetzt Râs Sebib (s. Plin. 5, 23; Pomp. Mel. 1, 34), wo Zonaras den Scipio landen läfst; vgl. Barth, Wanderungen 1, 71; Movers 2, 2, 510. — *placet omen*] vgl. 30, 25, 12; da sie dem Ufer so nahe sind, giebt Scipio seinen früheren Plan (s. 25, 12) auf.

13. *terrore*] da kein Sturm eintrat und keine Unglücksfälle vorkamen; *terrore ac tumultu* ist eine bei Livius häufige allitterierende Verbindung. — *Graecis*] hierbei ist namentlich an Polybius und bei *Latinis* an jüngere römische Annalisten (s. 35, 2) zu denken; vgl. 39, 50, 10; Einl. 34; auch nach Sil. It. 17, 50 ff. erfolgt die Überfahrt ohne Unfall.

14. *Coelius* . .] rhetorisch übertreibend, wie 25, 3. — *praeterquam quod* . . *naves*] auch hierzu ist *exponit* zu ziehen; s. 18, 3; 4, 7, 5. — *terrores*] Schrecken erregende Vorgänge, Erscheinungen; s. § 13; 4, 7, 12. 21, 5. — *Aegimurum*] ziemlich in der Mitte zwischen dem promunturium Mercurii und promunturium Apollinis; der Ausdruck *abreptam* . . *ab Africa* ist übertreibend, da Aegimurus nicht weit von dem Festlande lag; s. 30, 24, 8. — *correctum cursum*] 'man habe den richtigen Kurs eingeschlagen', so gesagt im Hinblick auf die glückliche Landung, als wenn diese an einem Punkte erfolgt sei, der Scipios Ziel gewesen war.

15. *scaphis*] solche Boote wurden

Expositis copiis Romani castra in proximis tumulis metan- 28
tur. iam non in maritimos modo agros conspectu primum classis, 2
dein tumultu egredientium in terram pavor terrorque pervenerat,
sed in ipsas urbes. neque enim hominum modo turba, mulie- 3
rum puerorumque agminibus immixta, omnis passim comple-
verat vias, sed pecora quoque prae se agrestes agebant, ut re-
linqui subito Africam diceres. urbibus vero ipsis maiorem, quam 4
quem secum attulerant, terrorem inferebant, praecipue Cartha-
gini prope ut captae tumultus fuit. nam post M. Atilium Regu- 5
lum et L. Manlium consules annis prope quinquaginta nullum
Romanum exercitum viderant praeter praedatorias classes, quibus
escensiones in agros maritimos factae erant, raptisque, quae obvia 6
fors fecerat, prius recursum semper ad naves, quam clamor agrestis
conciret, fuerat; eo maior tum fuga pavorque in urbe fuit. et her- 7

von gröfseren Schiffen, besonders von Kriegsschiffen mitgeführt, obgleich diese gewöhnlich so anfuhren, dafs die Soldaten unmittelbar landen konnten. Mit dieser Schilderung stimmt eine andere Angabe bei Nonius S. 137 nicht überein: *Caelius annali libro VI*: *omnes simul terram cum classe accedunt*, *navibus atque scaphis egrediuntur*; *castra metati signa statuunt*, wo eine ruhige, ungestörte Landung vorausgesetzt wird; vielleicht war diese Darstellung als sich bei anderen Historikern findend von Coelius erwähnt; vgl. 27, 27, 13.

28. Lage und Stimmung der Punier. App. Lib. 9. 13; Dio. Cass. fr. 57, 63; Zon. 9, 12.

2. *maritimos . . agros*] die ans Meer stofsenden Ländereien, auf denen sich Dörfer befanden. — *terror pavorque*] s. 3, 9. — *ipsas urbes*] Städte gab es in der Nähe von Karthago viele; s. Diod. 20, 18; Iustin 22, 6, 12. 7, 3; zum Ausdruck vgl. Cic. p. Cluent. 56.

3. *non hominum modo*] ist so vorangestellt, als ob *sed pecorum quoque* folgen sollte; das zweite Satzglied hat aber ein eigenes neues Prädikat erhalten; vgl. 23, 3. — *agminibus immixta*] 'untermischt mit . .'; *immixta* steht hier ungewöhnlich statt *permixta* oder *mixta*; s. 30, 33, 12; 35, 34, 8; vgl. zu 2, 33, 8. — *ut . . diceres*] *ut* mit dem potentialis der Vergangenheit, wie 30, 32, 11; 31, 7, 11; 41, 13, 8 u. a.

4. *maiorem . .*] vgl. 26, 9, 6. — *quam quem . .*] s. 27, 36, 7. 50, 7; 28, 39, 2; 35, 1, 2; oft auch ohne Zusatz des Relativums, namentlich wenn das Substantivum erst hinterher folgt; s. zu 3, 16, 5. — *Carthagini**] Lokativ, wie 4, 7. — *ut captae*] näml. *Carthaginis* oder *eius*; die Verwirrung in Karthago war fast so, wie sie hätte sein müssen, wenn Karthago erobert gewesen wäre; vgl. 3, 3. 4: *pavor captae urbis*; 27, 15, 15; zu 25, 31, 9.

5. *prope quinquaginta*] vielmehr 52 Jahre; die Landung erfolgte im Jahre 256 v. Chr. — *nullum praeter*] keins . . abgesehen von . .; es ist an die geringe Anzahl von Truppen zu denken, die auf solchen Kaperflotten zu sein pflegt. — *eo maior*] s. 14, 2. — *fuga*] = Verwirrung; s. zu 25, 6, 13. vgl. Dio Cassius.

7. *et hercule . .*] und wahrlich Grund genug war dazu da; denn . . Nach dem, was Kap. 4 und 23, 1 berichtet ist, und bei der Nähe von Sicilien, wo die Rüstungen Scipios

cule neque exercitus domi validus neque dux, quem opponerent,
erat. Hasdrubal, Gisgonis filius, genere, fama, divitiis, regia tum
8 etiam adfinitate longo primus civitatis erat; sed eum ab ipso illo
Scipione aliquod proeliis fusum pulsumque Hispania memine-
rant nec magis ducem duci parem quam tumultuarium exercitum
9 suum Romano exercitui esse. itaque velut si urbem extemplo
adgressurus Scipio foret, ita conclamatum ad arma est, portae-
que raptim clausae et armati in muris vigiliaeque et stationes
10 dispositae, ac nocte insequenti vigilatum est. postero die
quingenti equites speculatum ad mare turbandosque egredien-
11 tis ex navibus missi in stationes Romanorum inciderunt. iam
enim Scipio classe Vticam missa ipse haud ita multum pro-
gressus a mari tumulos proximos ceperat, equites et in statio-
nibus locis idoneis posuerat et per agros miserat praedatum.
29 hi cum Carthaginiensi equitatu proelium cum commisissent, pau-
cos in ipso certamine, plerosque fugientes persecuti, in quibus
praefectum quoque Hannonem, nobilem iuvenem, occiderunt.
2 Scipio non agros modo circa vastavit, sed urbem etiam proxi-

stattgefunden haben, mufs die Schilderung der Überraschung und Aufregung übertrieben erscheinen; nach App. 9 und 13 kommen die Römer den Puniern nicht unerwartet; Hasdrubal, Syphax und Masinissa rücken ihnen vielmehr sogleich mit bedeutenden Heeren entgegen. Die übertreibende Schilderung der Verwirrung (vgl. 3, 8; 23, 1) fand sich, wie es scheint, schon bei Ennius (s. Ann. IX 6: *Africa terribili tremit horrida terra tumultu . . perculsi pectora Poeni*), von dem sie Coelius entlehnt haben kann. — *Hasdrubal . .*] vgl. 28, 12, 13. 16, 1 ff.

8. *pulsumque Hispania*] s. 28, 16, 14; vgl. 10, 5. — *meminerant*] daraus ist ein Begriff wie *sciebant* zu *nec magis . . esse* zu entnehmen; vgl. 11, 2: *facturum*; 28, 31, 1.

9. *velut si . .*] die Befestigungen Karthagos und die Verbindung mit Syphax liefsen schwerlich einen sofortigen Angriff auf die Stadt befürchten; s. 30, 36, 10.

10. *postero die*] der Zusammenhang ist: da der gefürchtete Angriff nicht erfolgte, schicken sie . . *speculatum . .*] die Verbindung des Supinums auf *um* und des Gerundivums mit *ad* zum Ausdruck des Zweckes ist bei Livius nicht selten (s. 34, 62, 5); an u. St. ist durch die Zwischenstellung von *ad mare* die klare Beziehung gestört, da *ad* bei *mare* räumliche Bedeutung hat. — *egredientis*] die Karthager glaubten, die Ausschiffung, von der sie gehört (§ 2), sei noch nicht vollendet. — *Vticam*] wenig südlich von dem promunturium Pulchrum gelegen; diese Stadt mufste zunächst genommen werden; s. 34, 3. 35, 6.

29. 1—5. Erste Unternehmung Scipios in Afrika. App. Lib. 14; Dio fr. 57, 64; Zon. 9, 12.

1. *in quibus . .*] s. 25, 6; 6, 20, 7; 27, 25, 7; 37, 23, 5; Suet. Aug. 29; vgl. zu 31, 2.

2. *urbem*] vgl. Zonaras: *προσέμισγέ τε ταῖς πόλεσι καὶ εἷλέ τινας.* — *Afrorum*] hier wohl in engerem Sinne die Bewohner von Zeugitana; s. 28, 44, 5.

mam Afrorum satis opulentam cepit, ubi praeter cetera, quae 3
extemplo in naves onerarias imposita missaque in Siciliam erant,
octo milia liberorum servorumque capitum sunt capta. laetissi- 4
mus tamen Romanis in principio rerum gerendarum adventus
fuit Masinissae; quem quidam cum ducentis haud amplius equi-
tibus, plerique cum duum milium equitatu tradunt venisse. cete- 5
rum cum longe maximus omnium aetatis suae regum hic fuerit
plurimumque rem Romanam iuverit, operae pretium videtur ex-
cedere paulum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit in
amittendo recuperandoque paterno regno.

Militanti pro Carthaginiensibus in Hispania pater ei moritur; 6
Galae nomen erat. regnum ad fratrem regis Oezalcen pergran-
dem natu — ita mos apud Numidas est — pervenit. haud multo 7
post Oezalce quoque mortuo maior ex duobus filiis eius Capussa,
puero admodum altero, paternum imperium accepit. ceterum 8
cum magis iure gentis quam auctoritate inter suos aut viribus
obtineret regnum, extitit quidam Mazaetullus nomine, non alie-
nus sanguine regibus, familiae semper inimicae ac de imperio
varia fortuna cum iis, qui tum obtinebant, certantis. is concitatis 9
popularibus, apud quos invidia regum magnae auctoritatis erat,

3. *servorum*] hier Adjektiv; s. zu 25, 31, 5; vgl. 27, 16, 7: *servilium capitum.*

4. *principio*] s. 30, 7; 21, 1, 1. 39, 1. — *haud amplius*] s. 32, 4.

5. *excedere*] von dem Gange der Erzählung 'abzuschweifen', d. h. eine Digression zu machen, um ausführlicher darzustellen; vgl. 9, 17, 1. Wahrscheinlich ist das Folgende unmittelbar dem Polybius entlehnt, der Masinissa noch persönlich gekannt und vielleicht von ihm selbst diese Details gehört hatte; s. Pol. 9, 25.

29, 6—33. Schicksale Masinissas. App. Lib. 10 ff.

6. *ei*] ungewöhnlich weit von dem Participium getrennt; vgl. 22, 42, 8; der Dativ der Beteiligung statt des abl. abs. — *Galae*] s. zu 24, 48, 13; über das Fehlen von *ei* vgl. 24. 42, 8. — *regnum*] näml. *Maesuliorum*; s. § 10. — *Oezalcen*] vgl. 23, 18, 1: *Isalca*; über die Endung s. su 24, 31, 2; dieselbe Ebrfolge wie 28, 21, 7.

7. *ita mos est*] s. 6, 6; bei *mos est* steht gewöhnlich ein Genetiv oder ein Dativ; s. 16, 6: 5, 28, 3; 21, 20, 1. — *altero*] näml. Lacumazes; s. § 11; 30, 10.

8. *iure gentis*] das bei diesem Volke geltende Erbrecht; er wurde so zwar legitimer König, hatte aber weder persönliches Ansehen (s. 1, 7, 8), noch Macht (*viribus* = *opibus* s. 6, 5, 5). — *Mazaetullus*] wahrscheinlich derselbe Name wie App. Lib. 33: *Μεσότυλος*. — *regibus*] ist Dativ; s. zu 1, 20, 3; vgl. 35, 31, 4; er war der regierenden 'Königsfamilie' der Abstammung nach nicht fremd, d. h. er war ihr verwandt; vgl. Sall. Jug. 10, 4. — *familiae . . certantis*] einer Familie angehörend, die immer . . in Streit lag; *inimicae*: näml. *regibus*; über die zahlreichen Dynasten in Numidien s. 4, 4; App. 10. — *qui obtinebant*] näml. *imperium*; es ist das regierende Königshaus.

9. *invidia regum*] weil die Königsfamilie verhafst war; über den

castris palam positis descendere regem in aciem ac dimicare de
10 regno coegit. in eo proelio Capussa cum multis principum cecidit; gens Maesuliorum omnis in dicionem imperiumque Mazae-
11 tulli concessit. regio tamen nomine abstinuit contentusque nomine modico tutoris puerum Lacumazen, qui stirpis regiae supererat,
12 regem appellat. Carthaginiensem nobilem feminam, sororis filiam Hannibalis, quae proxime Oezalci regi nupta fuerat, matrimonio
13 sibi iungit spe Carthaginiensium societatis et cum Syphace hospitium vetustum legatis missis renovat, omnia ea auxilia praeparans
30 adversus Masinissam. et Masinissa audita morte patrui, dein nece fratris patruelis ex Hispania in Mauretaniam — Baga ea tempestate
2 rex Maurorum erat — traiecit. ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quattuor milia Maurorum
3 impetravit. cum iis praemisso nuntio ad paternos suosque amicos cum ad finis regni pervenisset, quingenti ferme Numidae
4 ad eum convenerunt. igitur Mauris inde, sicut convenerat, retro ad regem remissis quamquam aliquanto minor spe multitudo,
5 nec cum qua tantam rem adgredi satis auderet, convenerat, ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid conlectu-

Abl. s. 21, 53, 2; 22, 11, 6; vermutlich hatte er selbst oder seine Familie diesen Hafs geschürt. — *Maesuliorum*] s. 32, 4; 24, 48, 13. — *dicionem imperiumque*] vgl. 26, 33, 12. — *concessit*] s. 30, 7, 2; 36, 14, 9.

11. *modico*] 'bescheiden'; vgl. Cic. de leg. 3, 40. — *tutoris*] s. 40, 54, 5. — *stirpis regiae*] ein Gen. wie § 8: *familiae*, = der allein noch zum Königsstamme gehörte (vom Königsstamme übrig war, *ex stirpe regia supererat*). Gemeint ist das regierende Königshaus; denn zu der stirps regia gehörte auch Masinissa.

12. *sororis .. Hannibalis*] also Tochter des Hamilkar Barkas; eine andere Tochter von diesem war mit Hasdrubal vermählt (s. 21, 2, 4). — *vetustum*] vor den 24, 48, 2 erzählten Ereignissen.

30. 1. *ex Hispania*] s. zu 28, 16, 11; nach Appian 10 geht Masinissa aus Spanien weg, als Hasdrubal noch dort ist, aus Erbitterung über die Verheiratung der Sophoniba an Syphax, und es läfst sich nicht erkennen, ob diese und die Begünstigung des Mazaetullus seitens der Punier der Grund oder die Folge der veränderten Politik Masinissas ist. — *Mauretaniam*] s. 24, 49, 5.

2. *itineri .. bello*] von *auxilium impetravit* abhängig; vgl. 42, 3, 7.

3. *ad finis ..*] Masinissa mufs einen grofsen Umweg machen, da zwischen Mauretanien und seinem Reiche das des Syphax lag. — *convenerunt .. convenerat .. convenerat*] vgl. § 6: *urbem*; § 12: *omnia*; 9, 44, 13; 28, 7, 10.

4, *retro .. remissis*] s. zu 1, 47, 5. — *quamquam convenerat ..*] sollte als Nachsatz *proficiscitur* folgen; dieser Begriff ist ausgelassen und sogleich *occurrit* angeschlossen, obgleich hierzu die vorhergehende Einräumung eigentlich nicht pafst. Ebenso ist § 10 an *ratus* sogleich die Ausführung des Planes angeknüpft.

5. *agendo ac moliendo*] s. 22, 14, 14; 40, 9, 9; Cic. p. Mur. 82:

rum proficiscenti ad Syphacem Lacumazae regulo ad Thapsum .
occurrit. trepidum agmen cum in urbem refugisset, et urbem 6
Masinissa primo impetu capit et ex regiis alios tradentis se recipit,
alios vim parantis occidit; pars maxima cum ipso puero inter tu-
multum ad Syphacem, quo primum intenderant iter, pervenerunt.
fama huius modicae rei in principio rerum prospere actae con- 7
vertit ad Masinissam Numidas; adfluebantque undique ex agris
vicisque veteres milites Galae et incitabant iuvenem ad recipe-
randum paternum regnum. numero militum aliquantum Mazae- 8
tullus superabat; nam et ipse eum exercitum, quo Capussam
vicerat, et ex receptis post caedem regis aliquot habebat, et puer
Lacumazes ab Syphace auxilia ingentia adduxerat. quindecim
milia peditum Mazaetullo, decem milia equitum erant, quibus 9
cum Masinissa nequaquam tantum peditum equitumve habente
acie conflixit. vicit tamen et veterum militum virtus et prudentia
inter Romana et Punica arma exercitati ducis; regulus cum tu- 10
tore et exigua Masaesuliorum manu in Carthaginiensem agrum
perfugit. ita recuperato regno paterno Masinissa, quia sibi ad-
versus Syphacem haud paulo maiorem restare dimicationem cer-
nebat, optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare
missis, qui et puero spem facerent, si in fidem Masinissae sese 11

agunt et moliuntur. — *ad agendum aliquid*] 'um etwas auszuführen, zu erreichen' (Gegensatz *nihil agere* 24, 37, 10); nachlässiger Ausdruck (statt *ad rem gerendam*), insofern *agendo* in anderer Bedeutung vorhergeht; vgl. 6, 2. — *Lacumazae*] s. 25, 23, 9. 25, 12. — *ad Thapsum*] kann nicht die gleichnamige Stadt an der Küste südlich von Hadrumetum sein, wo Cäsar später siegte, sondern mufs in Numidien gelegen haben.

6. *regiis*] die Anhänger und Begleiter des regierenden Königs (Lacumazes). — *intenderant*] angetreten hatten, d. h. vorgehabt hatten; zum Ausdruck vgl. 10, 43, 13; 21, 29, 6; 27, 46, 9; 36, 21, 6.

7. *adfluebant*] und so strömten immerfort zu; s. 9, 38, 9; 21, 35, 12. — *paternum*] das ihm als Erbteil vom Vater gehöre; s. 30, 11, 1. 17, 8; dagegen 30, 12, 6 *patrium*; vgl. 38, 1, 9.

8. *aliquantum .., superabat*] vgl. 2, 30, 11; 6, 22, 8. — *receptis*] substantivisch; vgl. 33, 3: *circummissi*; 10, 29, 15; 25, 36, 10; 39, 25, 8; zur Sache s. 29, 10.

9. *quibus*] 'mit denen', ist Abl. instr.; vgl. 18, 9. — *nequaquam .. habente*] besagt dasselbe wie § 8: *numero .. superabat*; der Schriftsteller wiederholt dies, um den nächsten Gedanken mit *tamen* entgegenstellen zu können. — *equitumve*] *ve* statt *que* wegen der Negation. — *inter Romana ..*] in den Kämpfen zwischen Römern und Puniern hatte er, der Bundesgenosse der letzteren, sich geübt und Kenntnis (des Kriegswesens) erworben.

10. *in Carthaginiensem agrum*] dieses grenzte an Masinissas Reich. — *adversus Syphacem*] als Freund der Karthager und des Lacumazes. — *fratre patruele*] s. 29, 11.

permisisset, futurum eum in eodem honore, quo apud Galam
12 Oezalces quondam fuisset, et qui Mazaetullo praeter inpunita-
tem sua omnia cum fide restitui sponderent, ambo praeoptantis
exilio modicam domi fortunam omnia, ne id fieret, Carthaginien-
sibus de industria agentibus ad sese perduxit.

31 Hasdrubal tum forte, cum haec gerebantur, apud Syphacem
erat; qui Numidae haud sane multum ad se pertinere credenti,
utrum penes Lacumazen an Masinissam regnum Maesuliorum
2 esset, falli eum magnopere ait, si Masinissam eisdem contentum
fore, quibus patrem Galam aut patruum eius Oezalcem, credat:
multo maiorem indolem in eo animi ingeniique esse, quam in
3 ullo gentis eius umquam fuisset; saepe eum in Hispania rarae
inter homines virtutis specimen dedisse sociis pariter hostibus-
que. et Syphacem et Carthaginiensis, nisi orientem illum ignem
oppressissent, ingenti mox incendio, cum iam nullam opem ferre
4 possent, arsuros; adhuc teneras et fragiles vires eius esse vix-
dum coalescens foventis regnum. instando stimulandoque per-
5 vincit, ut exercitum ad finis Maesuliorum admoveat atque in
agro, de quo saepe cum Gala non verbis modo disceptatum, sed
etiam armis certatum fuerat, tamquam haud dubie iuris sui, ca-
stra locet: si quis arceat, quod maxime opus sit, acie dimica-

11. *quo apud . . fuisset*] d. h. er solle als Bruder des Königs geehrt werden und Aussichten auf den Thron haben; zur Auslassung des *in* vor *quo* vgl. 31, 1.

12. *et qui . .*] zu der Wiederholung des Relativums vgl. Praef. 4; 30, 30, 9; sie ist hier nicht ganz korrekt, weil mit dem *et* vorher (§ 11) *et puero . .* korrespondiert; vgl. 21, 15, 4. — *restitui*] das Präsens statt des Futurums wie 2, 5, 1 bei *censeres*; die gewöhnliche Konstruktion bei *spondere* s. 5, 3, 10; 28, 38, 9.

31. 1. *apud Syphacem erat*] dies ist eine spätere Zusammenkunft als die 28, 17, 13 erwähnte. — *haud sane*] s. 21, 32, 10. — *an Masinissam*] ohne Wiederholung der Präposition; vgl. 30, 11; 10, 36, 8; 30, 28, 3; 33, 36, 15; 39, 27, 4. 34, 3. — *quibus patrem*] vgl. zu 34, 32, 16.

2. *indolem . . ingenii*] s. 9, 17, 10. — *ullo*] s. 17, 18; zu 21, 5, 12.

3. *specimen*] s. 8, 7, 18. — *ignem*] vgl. 10, 24, 13; 21, 3, 6.

4. *coalescens foventis*] beide Ausdrücke, sonst von Wunden gebraucht, hier in übertragenem Sinne, = während er sein Reich, dessen Wunden sich kaum noch schlossen, pflegte, d. h. zu stärken suchte. — *pervincit*] vgl. 4, 12, 4. 30, 15; 10, 24, 9; 27, 16, 4.

5. *in agro*] das Gebiet beider Könige war durch den Ampsaga-Flufs getrennt, in dessen Nähe wohl der Landstrich, um den es sich hier handelt, zu suchen ist. — *iuris sui*] vgl. 34, 62, 10: *iter per . . agrum tamquam haud dubie Carthaginiensium iuris petisset.* — *si quis arceat . .*] diese angefügte oratio obliqua ist nach dem vorhergehenden *pervincit, ut . . admoveat . . locet* eine stilistische Nachlässigkeit. — *quod . . opus sit*] geht auf das Folgende, = dann werde er (Syphax), was für ihn besonders nötig und wünschenswert

turum; sin per metum agro cedatur, in medium regnum eun- 6
dum; aut sine certamine concessuros in dicionem eius Maesulios
aut nequaquam pares futuros armis. his vocibus incitatus Syphax 7
Masinissae bellum infert. et primo certamine Maesulios fundit
fugatque; Masinissa cum paucis equitibus ex acie in montem
— Bellum incolae vocant — perfugit. familiae aliquot cum ma- 8
palibus pecoribusque suis — ea pecunia illis est — persecuti
sunt regem; cetera Maesuliorum multitudo in dicionem Syphacis
concessit. quem ceperant exules montem, herbidus aquosusque 9
est; et quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque carne
ac lacte vescentium abunde sufficiebat alimentis. inde nocturnis 10
primo ac furtivis incursionibus, deinde aperto latrocinio infesta
omnia circa esse; maxime uri Carthaginiensis ager, quia et plus
praedae quam inter Numidas et latrocinium tutius erat. iamque 11
adeo licenter eludebant, ut ad mare delatam praedam venderent
mercatoribus appellentibus naves ad id ipsum pluresque quam
iusto saepe in bello Carthaginienses caderent caperenturque. de- 12
plorabant ea apud Syphacem Carthaginienses infensumque et
ipsum ad reliquias belli persequendas instigabant. sed vix regium
videbatur latronem vagum in montibus consectari.

sei, eine entscheidende Schlacht schlagen.

7. *infert* . .] Ausführung von § 4: *pervincit, ut . . locet.* — *Bellum*] vielleicht ein Teil des Thambes-Gebirges; dafs nicht an einen einzelnen Berg zu denken sei, zeigt das Folgende.

8. *mapalibus*] dies sind Wohnräume (Hütten), die leicht zusammengelegt und fortgeschafft werden können (Zeltwagen), wie sie die Numider führten; vgl. Sall. Jug. 18, 8. 46, 5; Verg. Georg. 3, 340. — *pecunia*] Vermögen, Besitz, der bei ihnen, als Nomaden, in Vieh bestand. — *familiae . . persecuti*] bei *persecuti* ist an die Männer gedacht, auf die es besonders ankam; ungewöhnlicher Ausdruck; anders ist 10, 1, 3: *capita coniurationis . . caesi* (vgl. zu 8, 11, 13). — *persecuti*] s. zu 5, 40, 4.

9. *quem . . herbidus est*] vgl. 1, 1, 3; *exules* heifsen die Geflohenen, weil sie von ihren Volksgenossen geschieden und von ihren bisherigen Weideplätzen ausgeschlossen sind. — *alendo*] der Dativ des Zweckes bei *bonus*, ist selten; vgl. Tac. H. 4, 71 *melior cavendis hostibus.* — *abunde sufficiebat*] s. 4, 22, 3. — *alimentis*] vgl. 41, 21, 6: *funeribus*; häufiger ist bei *sufficere ad* mit dem Gerundium; s. 17, 17; zur Sache s. App. Lib. 11.

10. *uri*] 26, 21, 15; 27, 29, 9. 39, 9; 28, 43, 21. — *Carthaginiensis ager*] wie 30, 9; vgl. 3, 38, 3; 6, 31, 3; das Land ist ganz ungeschützt, da man auf Einfälle von Numidien her nicht gefafst gewesen war.

11. *eludebant*] 'trieben ganz offen ihr Spiel'; s. 37, 32, 11. — *mercatoribus . . ad id ipsum*] die Händler werden benachrichtigt, wann sie die Beute in Empfang nehmen sollen. — *iusto*] s. zu 9, 1, 10; *iusto saepe in bello* = *multis iustis in bellis.*

12. *infensum et ipsum*] ihn, der 'an sich' schon . . war.

32 Bucar ex praefectis regiis, vir acer et inpiger, ad id delectus;
ei data quattuor milia peditum, duo equitum; praemiorumque in-
gentium spe oneratus, si caput Masinissae rettulisset aut vivum —
2 id vero inaestimabile gaudium fore — cepisset. palatos incuriose
agentis inproviso adortus, pecorum hominumque ingenti multitu-
dine a praesidio armatorum exclusa, Masinissam ipsum cum pau-
3 cis in verticem montis compellit. inde ut prope iam debellato
nec praeda modo pecorum hominumque captorum missa ad re-
gem, sed copiis etiam, ut aliquanto maioribus quam pro reliquiis
4 belli, remissis, cum quingentis haud amplius peditibus ducentis-
que equitibus degressum iugis Masinissam persecutus in valle
arta faucibus utrimque obsessis inclusit, ubi ingens caedes Mae-
5 suliorum facta. Masinissa cum quinquaginta haud amplius equi-
tibus per anfractus montis ignotos sequentibus se eripuit; tenuit
6 tamen vestigia Bucar adeptusque eum patentibus prope Clupeam
urbem campis ita circumvenit, ut praeter quattuor equites omnes

32. 1. *Bucar*] auf einer Inschrift lautet der Name *Boncar*. — *ex praefectis regiis*] ist Attribut zu *Bucar*; vgl. 8, 24, 12; 30, 42, 6; 44, 23, 3. — *ingentium*]* — *inaestimabile*] s. 31, 34, 3; 35, 14, 12; vgl. 37, 57, 15; unter der unberechenbaren Freude ist eine Freude zu verstehen, die ihn zu unberechenbaren Belohnungen veranlassen werde.

2. *incuriose*] s. 3, 8; Tac. H. 4, 28: *caesae cohortes .. incuriosius agentes*; über die Zusammenstellung der Participia (in der Zerstreuung sorglos auftretend) s. 3, 5, 10: *palatos praedam agentes*; vgl. 7, 6. 9, 4; 2, 46, 4; 30, 19, 7; 44, 10, 8. — *ingenti*] übertreibend, da es sich nur um *aliquot familiae* handelt (s. 31, 8); *ingens* ist ein Lieblingsausdruck des Livius; s. § 1. 4. 7. 12. 30, 8. 31, 3. 32, 10. 12 u. s. w. — *a praesidio .. exclusa*] abgeschnitten von der bewaffneten Deckungsmannschaft auf dem Gebirge; vgl. 4, 39, 1. die Zweideutigkeit in *a praesidio* hebt der Zusammenhang auf; s. zu 3, 13, 10.

3. *ut .. debellato*] dies wird durch *ut* als Gedanke des handelnden Subjekts (Bucar) hingestellt; hierzu sollte der Nachsatz folgen: *non praedam modo misit, sed copias etiam remisit et .. persecutus .. inclusit*, das Streben nach Periodenbildung hat aber dazu geführt, an den ersten Abl. abs. einen zweiten anzuschliefsen, obgleich dieser eine Thatsache ausdrückt; also = 'gleich als wenn der Krieg beendet sei und nachdem er infolgedessen nicht nur ..' (*nec* ist in *et non* aufzulösen). Zu *ut .. debellato* vgl. 26, 21, 4; 30, 8, 1; zu *prope iam* s. 2, 14, 7; 45, 41, 11; Ter. Haut. 1, 1, 46; vgl. 1, 37, 6; 29, 28, 4. — *copiis*] Truppen, d. h. ein Teil der Truppen, wie aus dem Folgenden erkannt wird. — *ut .. maioribus*] Gedanke des Bucar, wie vorher *ut .. debellato*.

4. *haud amplius*] s. § 5; 29; 4; vgl. 28, 1, 5. — *obsessis*] die Ausgänge des Thales sind besetzt; daher flieht Masinissa durch seitwärts führende Bergschluchten.

5. *se eripuit*] s. 1, 14, 11.

6. *Clupeam*] die 27, 29, 7 erwähnte Stadt kann hier nicht gemeint sein; daher ist es auch nicht möglich, dafs der in § 8 genannte Flufs der vadi Eksif bei Clupea sei. — *omnes ad unum*] gewöhnlicher

ad unum interficeret. cum iis ipsum quoque Masinissam saucium
prope e manibus inter tumultum amisit. in conspectu erant fu-
gientes; ala equitum dispersa lato campo, quibusdam, ut occur- 7
rerent, per obliqua tendentibus, quinque hostes sequebatur.
amnis ingens fugientis accepit — neque enim cunctanter, ut 8
quos maior metus urgeret, immiserant equos —, raptique gur-
gite in obliquum praelati. duobus in conspectu hostium in prae- 9
rapidum gurgitem haustis ipse perisse creditus, ac duo reliqui
equites cum eo inter virgulta ulterioris ripae emerserunt. is finis
Bucari sequendi fuit nec ingredi flumen auso nec habere cre-
denti se iam, quem sequeretur. inde vanus auctor absumpti Ma- 10
sinissae ad regem rediit missique, qui Carthaginem gaudium in-
gens nuntiarent, totaque Africa fama mortis Masinissae repleta;
ea varie animos adfecit.

Masinissa in spelunca occulta cum herbis curaret vulnus, 11
duorum equitum latrocinio per dies aliquot vixit. ubi primum 12
ducta cicatrix patique posse visa iactationem, audacia ingenti per-
git ire ad regnum repetendum; atque in ipso itinere haud plus
quadraginta equitibus collectis cum in Maesulios palam iam, quis 13

heifst es *ad unum omnes*; s. 21, 42, 2; zu 26, 18, 9; der Zusatz *ad unum* ist neben *praeter quattuor* auffallend. — *interficeret*]* — *prope . . amisit*] kurz statt: *cum eum prope iam in manibus haberet, e manibus amisit.*

7. *ala*] 'die *ala*'; s. § 4; 34, 1. — *occurrerent*] den fliehenden Mäsuliern (s. § 6: *fugientes*). — *per obliqua* . .] vgl. 27, 18, 10; = schräg vorsprengend, um sie zu überholen und von dem Flusse abzuschneiden.

8. *accepit*] s. 2, 10, 11; 28, 6, 11. — *ut quos* . .] s. zu 6, 7. — *praelati*] näml. *sunt*; sie wurden vom Strudel erfafst und in schräge Richtung fortgerissen. Bei *praelati* ist an das Ufer zu denken, an dem hin sie schräg stromabwärts getrieben werden; vgl. 14, 13; 44, 29, 3; zu 1, 45, 6.

9. *in . . gurgitem haustis*] Gegensatz zu *rapti gurgite*; sie wurden in die reifsende Strömung hinabgezogen und fanden in derselben ihr Grab; vgl. Curt. 4, 16, 16: *fuga defatigati gurgitibus hauriebantur.* — *creditus*] konzessiv: obgleich man von ihm glaubte . .; dies ist zwar nur eine Bestimmung von *ipse*, aber an sich die Hauptsache; daher schliefst sich *is finis* hieran an, als ob es hiefse: *etsi emersit, tamen creditus est.*

10. *vanus auctor*] ist der, welcher etwas meldet, was nicht stattgefunden hat; Bucar kehrte also mit der falschen Meldung zurück, dafs . .; vgl. 5, 1, 7; 6, 30, 4. — *repleta*]* — *varie . . adfecit*] s. zu 22, 8, 2.

11. *latrocinio*] er lebte vom Raube der Reiter, d. h. von dem, was die Reiter erbeuteten; vgl. 31, 10. Appian erzählt dasselbe, aber mit anderen Nebenumständen.

12. *ducta*] sich eine Narbe darübergezogen hatte, d. h. durch Bildung der Narbe die Wunde sich geschlossen hatte; ebenso werden auch die Komposita *inducere* und *obducere* gebraucht. — *pati*] s. 27, 29, 2.

13. *palam . . ferens*] vgl. 22, 29, 6; 24, 32, 1.

esset, ferens venisset, tantum motum cum favore pristino, tum gaudio insperato, quod, quem perisse crediderant, incolumem cernebant, fecit, ut intra paucos dies sex milia peditum armatorum,
14 quattuor equitum ad eum convenirent iamque non in possessione modo paterni regni esset, sed etiam socios Carthaginiensium populos Masaesuliorumque fines — id Syphacis regnum erat — vastaret. inde inritato ad bellum Syphace inter Cirtam Hipponemque in iugis opportunorum ad omnia montium consedit.
33 maiorem igitur iam rem Syphax ratus, quam ut per praefectos ageret, cum filio iuvene — nomen Vermina erat — parte exercitus missa imperat, ut circumducto agmine in se intentum hostem ab
2 tergo invadat. nocte profectus Vermina, qui ex occulto adgressurus erat; Syphax autem interdiu aperto itinere, ut qui signis
3 conlatis acie dimicaturus esset, movit castra. ubi tempus visum est, quo pervenisse iam circummissi videri poterant, et ipse leni clivo ferente ad hostem cum multitudine fretus, tum praeparatis ab tergo insidiis, per adversum montem erectam aciem ducit.
4 Masinissa fiducia maxime loci, quo multo aequiore pugnaturus erat, et ipse derigit suos. atrox proelium et diu anceps fuit loco et virtute militum Masinissam, multitudine, quae nimio maior erat,
5 Syphacem iuvante. ea multitudo divisa, cum pars a fronte ur-

14. *Syphacis regnum*] s. 28, 17, 4; vgl. Strabo 17, 3, 9 S. 829: *μετὰ δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων γῆν ἡ τῶν Μασαισυλίων ἐστίν, ἀπὸ τοῦ Μολοχὰθ* (jetzt Malvia oder Moluga) *ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, τελευτῶσα δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται Τρητόν, ὅριον τῆς τε Μασαισυλίων καὶ τῆς Μασυλιέων γῆς.* — *Cirtam*] von den Phöniciern gegründet (s. Movers 2, 2, 458), dann den Numidern unterworfen, später von Constantin d. Gr. hergestellt, daher jetzt Constantine; 30, 12, 3: *Cirta caput regni Syphacis erat.* — *Hipponem*] näml. *Regium*; s. 3, 7. Die Entfernung zwischen beiden Städten ist sehr beträchtlich. — *iugis . . montium*] Bergkette, wahrscheinlich ein Ausläufer des Thambes-Gebirges; s. 31, 7. — *opportunorum ad omnia*] s. 44, 3, 4; vgl. 27, 15, 8.

33. 1. *maiorem . . iam rem*] der Krieg sei bereits bedeutender geworden; vgl. 27, 39, 7: *inter militora iam.* — *imperat*] näml. *ei* (*Verminae*). — *in se*] näml. Syphax, obgleich erst aus dem Folgenden erhellt, dafs dieser an der Spitze des Heeres steht; über *in se intentum* s. zu 2, 18, 8.

2. *ex occulto*] s. zu 1, 13, 1. — *ut qui*] s. zu 6, 7; vgl. 1, 49, 3. — *signis conlatis*] s. 18, 10.

3. *visum . . videri*] vgl. 30, 3; 26, 44, 1. — *circummissi*] s. 30, 8. — *leni*] s. 6, 24, 1; 25, 36, 6. — *per adversum montem*] den gegenüberliegenden Berg hinan; gehört zu *erectam*; vgl. 9, 3, 1: *per adversa montium eamus*; Tac. H. 3, 71.

4. *aequiore*] günstiger; s. 25, 13, 14; ist in den Nebensatz gezogen, vgl. 9, 26, 4. — *derigit*] s. 22, 19, 11. — *nimio maior*] vgl. zu 1, 2, 3.

5. *ea multitudo divisa*] der Nachdruck liegt auf *divisa*, = der Um-

geret, pars ab tergo se circumfudisset, victoriam haud dubiam
Syphaci dedit, et ne effugium quidem patebat hinc a fronte, hinc
ab tergo inclusis. itaque ceteri pedites equitesque caesi aut capti; 6
ducentos ferme equites Masinissa circa se conglobatos divisosque
turmatim in tris partis erumpere iubet loco praedicto, in quem ex
dissipata convenirent fuga. ipse, qua intenderat, inter media tela 7
hostium evasit; duae turmae haesere: altera metu dedita hosti,
altera pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est. Ver- 8
minam prope vestigiis instantem in alia atque alia flectendo
itinera eludens taedio et desperatione tandem fessum absistere
sequendo coegit; ipse cum sexaginta equitibus ad minorem Syr-
tim pervenit. ibi cum conscientia egregia saepe repetiti regni 9
paterni inter Punica Emporia gentemque Garamantum omne
tempus usque ad C. Laeli classisque Romanae adventum in Afri-

stand, dafs u. s. w.; es soll angedeutet werden, dafs ohne diese Anordnungen Masinissa doch vielleicht gesiegt hätte.

6. *turmatim*] jede Abteilung zerfiel in mehrere Turmen (Schwadronen). — *loco praedicto*] vgl. Appian: *αὐτὸς ὑπεκρύπτετό ποι, μέχρι συνέλθοιεν αὐτῷ . . ἐς τὸ συγκείμενον.* — *ex dissipata fuga*] s, 28, 20, 8.

7. *qua intenderat*] auf dem Wege, den er (in der Richtung, die er) eingeschlagen hatte; durch *quo* würde das Ziel bezeichnet sein; s. 30, 6; vgl. 1, 27, 6; 8, 36, 9; 10, 14, 4; 30, 32, 8. — *inter media tela*] s. 1, 53, 7. — *haesere*] sie blieben stecken, d. h. sie konnten nicht durchbrechen; s. zu 10, 36, 13.

8. *flectendo*] sich wendend; s. 3, 8, 6; 27, 43, 12; 28, 16, 3; sonst sagt Livius gewöhnlich *flectere iter*. — *absistere sequendo*] Livius gebraucht *absistere* auch sonst immer ohne *a*; vgl. 4, 55, 5; Cic. ad Att. 4, 6, 3: *incipiendo refugi*; Nägelsb. § 32, 1.

9. *conscientia egregia*] das 'erhebende' Bewufstsein. — *Emporia*] s. 25, 12; hier näher durch *Punica* (= von den Phöniciern gegründet) bezeichnet; sie vermittelten den Tauschhandel mit den Nomaden im Binnenlande. — *Garamantum*] die Garamanten wohnten, vom Flusse Bagrada an, längs der kleinen Syrte nach Osten hin; vgl. Tac. Ann. 3, 74: *praedatio in Leptitanos* (Leptis minor) *et suffugia Garamantum.* Livius will wahrscheinlich sagen, dafs Masinissa in dem Landstriche zwischen den Emporien und dem Gebiete der Garamanten sich aufgehalten habe. Übrigens ist es ebensowenig klar, wie er durch das karthagische Gebiet dorthin, als wie er von da zu Lälius nach Hippo Regius habe kommen können. Scipio aber scheint nach 25, 12 ein Zusammentreffen mit ihm geplant zu haben, was freilich nach der Darstellung bei Appian und Zonaras nicht möglich gewesen wäre; s. Zon. 9, 12: *οἱ δὲ Καρχηδόνιοι δείσαντες τὸν Μασινίσσαν, μὴ Σκιπίωνι πρόσθηται, ἔπεισαν τὸν Σύφακα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἀποδοῦναι, ὡς καὶ αὖθις αὐτὴν ἀνακτησόμενον· ὁ οὖν Μασινίσσας ὑπώπτευε μὲν τὸ πραττόμενον, κατηλλάγη δὲ δῆθεν, ἵνα πιστὸς νομισθεὶς μέγα τι σφῆλαι αὐτοὺς δυνηθῇ.* Erst nachdem sich Scipio festgesetzt hat, geht Masinissa zu ihm über; so konnte er ihm auch eine gröfsere Truppenmacht zuführen.

10 cam consumpsit. haec animum inclinant, ut cum modico potius quam cum magno praesidio equitum ad Scipionem quoque postea venisse Masinissam credam; quippe illa regnanti multitudo, haec paucitas exulis fortunae conveniens est.

34 Carthaginienses ala equitum cum praefecto amissa, alio equitatu per novum dilectum comparato Hannonem, Hamilcaris
2 filium, praeficiunt. Hasdrubalem subinde ac Syphacem per litteras nuntiosque, postremo etiam per legatos arcessunt; Hasdrubalem opem ferre prope circumsessae patriae iubent; Syphacem orant,
3 ut Carthagini, ut universae Africae subveniat. ad Vticam tum castra Scipio, mille ferme passus ab urbe, habebat tralata a mari,
4 ubi paucos dies stativa coniuncta classi fuerant. Hanno nequaquam satis valido non modo ad lacessendum hostem, sed ne ad tuendos quidem a populationibus agros equitatu accepto id omnium primum egit, ut per conquisitionem numerum equitum au-
5 geret. nec aliarum gentium equites aspernatus maxime tamen Numidas — id longe primum equitum in Africa est genus — con-
6 ducit. iam ad quattuor milia equitum habebat, cum Salaecam nomine urbem occupavit quindecim ferme milia ab Romanis

10. *animum inclinant*] s. 8, 21, 8; 26, 1, 4; vgl. 27, 46, 7. — *modico*] Pol. 21, 21 (22, 4), 2: *Μασσανάσσην . . καταφυγόντα πρὸς ὑμᾶς μετά τινων ἱππέων.* — *quoque*] wie früher zu Lälius. — *illa . . haec*] s. 30, 30, 19; zu 25, 29, 7. — *regnanti*] einem regierenden Fürsten; durch Zwischenstellung gehoben. — *conveniens est*] s. 30, 16, 5; 34, 48, 5; 37, 53, 5.

34—36, 3. Unternehmungen Scipios. App. Lib. 13 f.; Dio Cass. fr. 57, 67 ff.; Zon. 9, 12.

1. *ala*] s. 28, 10; *ala* wird oft von gröfseren Abteilungen der karthagischen und numidischen Reiterei gebraucht, seltener von kleineren (wie 32, 7); diese heifsen *turmae* (s. 33, 6), ohne dafs gerade an die Stärke der römischen Abteilungen, die diese Namen führen, gedacht wird. — *Hamilcaris*] schwerlich ist Hamilar Barkas gemeint, wahrscheinlich Hamilkar, Sohn des Gisgo (s. 21, 51, 2); bei Zonaras heifst sein Vater Hasdrubal, Sohn des Gisgo. — *praeficiunt*] absolut gebraucht; s. 21, 4, 3. 12, 1.

2. *Hasdrubalem*] s. 28, 7. — *Syphacem*] Appian, Dio und Zonaras berichten, dafs er bisher noch unentschieden geblieben sei; Appian berichtet aufserdem, dafs er, als Scipio landete, mit einem Heere bei Utica stand und nicht weit von ihm Hasdrubal, letzterer mit 20000 M. zu Fufs und 7000 Reitern. — *subinde*] s. 21, 20, 8.

3. *ad Vticam . .*] schliefst sich an Kap. 28 an.

4. *valido ad*] wie *aptus, idoneus, firmus ad* u. ä.; vgl. zu 25, 36, 9.

5. *nec . .*] = *et* (und zwar . .) *non aspernatus, . . tamen.* — *primum*] s. zu 9, 1. 2.

6. *iam . . cum . .*] wie 7, 8. 10, 1 u. s. w.; hier wäre der einfache Ausdruck *cum . . haberet, occupavit* natürlicher gewesen. — *Salaecam*] die Stadt wird sonst nicht erwähnt; die Wortstellung *Salaecam nomine urbem* ist auffallend. — *occupavit*] er 'besetzte' sie, vermutlich um hier das Ein-

castris. quod ubi Scipioni relatum est, 'aestiva sub tectis equi- 7
tatus'! inquit; 'sint vel plures, dum talem ducem habeant!'
eo minus sibi cessandum ratus, quo illi segnius rem agerent, 8
Masinissam cum equitatu praemissum portis obequitare atque
hostem ad pugnam elicere iubet: ubi omnis multitudo se effu-
disset graviorque iam in certamine esset, quam ut facile susti-
neri posset, cederet paulatim; se in tempore pugnae obventurum.
tantum moratus, quantum satis temporis praegresso visum ad 9
eliciendos hostis, cum Romano equitatu secutus, tegentibus tu-
mulis, qui peropportune circa viae flexus oppositi erant, occultus
processit. Masinissa ex composito nunc terrentis, nunc timentis 10
modo aut ipsis obequitabat portis, aut cedendo, cum timoris si-
mulatio audaciam hosti faceret, ad insequendum temere eliciebat.
nondum omnes egressi erant varieque dux fatigabatur, alios vino 11
et somno gravis arma capere et frenare equos cogendo, aliis,
ne sparsi et inconditi sine ordine, sine signis omnibus portis
excurrerent, obsistendo. primo incaute se invehentis Masinissa 12
excipiebat; mox plures simul conferti porta effusi aequaverant

treffen weiterer Verstärkungen abzuwarten.

7. *aestiva . . equitatus*] näml. *agit*; Ausruf der Verwunderung, dafs Hanno in der zur Kriegführung geeigneten Zeit nicht unter Zelten lagert und scheinbar auf weitere Unternehmungen verzichtet; vgl. 27, 20, 10; verkürzter Ausruf wie 23, 47, 6.

8. *elicere . .*] nach Appian begiebt sich Masinissa, während er anscheinend noch mit den Puniern verbunden ist, heimlich zu Scipio, verrät diesem die Unternehmung, zu der er Hasdrubal überredet hat, und überfällt dann während der Schlacht die Punier. Statt Salaeca nennt er den 'Turm des Agathokles'. — *pugnae obventurum*] 'zum Kampfe erscheinen', eigentlich: dem Kampfe (den Kämpfenden) entgegenkommen; ungewöhnlicher Ausdruck statt *occursurum* oder *subventurum*.

9. *temporis*] ist auffallend gestellt, da es sowohl zu *tantum* wie zu *quantum* zu ziehen ist; *satis* (*esse*) gehört mit *visum* zusammen. — *praegresso*] für ihn (Masinissa), von *satis* (*esse*) abhängig; vgl. Caes. BC. 3, 78, 2: *his rebus tantum temporis tribuit, quantum erat properanti necesse.* — *tegentibus*] s. § 13; 28, 2, 1. — *oppositi*] s. 28, 13, 6.

10. *modo*] s. zu 3, 8.

11. *nondum . .*] die Periode beginnt so, als ob folgen sollte: *cum Masinissa .. excepit*; die Darstellung geht aber in die Schilderung der Lage der Feinde über, und was Masinissa that, folgt § 13 in einer besonderen Periode; vgl. die ähnliche Schilderung 3, 60, 9. — *somno*] der Angriff erfolgt am frühen Morgen; zu *vino .. graves* vgl. zu 4, 37, 2. — *frenare*] s. 21, 44, 1. — *sine ordine*] s. 49, 8.

12. *primo*]* — *se invehentis*] s. 6, 32, 8; 10, 14, 18; 28, 15, 7; 30, 11, 9; 40, 39, 10; daneben das reflexive Passivum *invehi*; s. 5, 8, 10 u. a. — *excipiebat*] er empfing sie, 'nahm es mit ihnen auf'; vgl. 25, 34, 4. — *simul*] gehört zu *plures*, *conferti* gehört zu *effusi*; s. 1, 21, 1; 38, 41, 7. — *porta effu-*

certamen; postremo, iam omnis equitatus proelio cum adesset,
13 sustineri ultra nequiere. non tamen effusa fuga Masinissa, sed cedendo sensim impetus eorum excipiebat, donec ad tumulos tegen-
14 tis Romanum equitatum pertraxit. inde exorti equites et ipsi integris viribus et recentibus equis Hannoni Afrisque pugnando ac sequendo fessis se circumfudere; et Masinissa flexis subito equis
15 in pugnam rediit. mille fere, qui primi agminis fuerant, quibus haud facilis receptus fuit, cum ipso duce Hannone interclusi at-
16 que interfecti sunt; ceteros, ducis praecipue territos caede, effuse fugientis per triginta milia passuum victores secuti ad duo
17 praeterea milia equitum aut ceperunt aut occiderunt. inter eos satis constabat non minus ducentos Carthaginiensium equites fuisse et divitiis quosdam et genere inlustres.

35 Eodem forte, quo haec gesta sunt, die naves, quae praedam in Siciliam vexerant, cum commeatu rediere, velut ominatae ad praedam alteram repetendam sese venisse.

2 Duos eodem nomine Carthaginiensium duces duobus equestribus proeliis interfectos non omnes auctores sunt, veriti, credo,

si] s. zu 24, 1, 2. — *aequaverant*] neben *excipiebat* wie 5, 37, 8; 7, 2, 11.

13. *effusa fuga*] auch hierzu gehört *excipiebat*, obwohl dies eigentlich nicht pafst; denn Masinissa konnte wohl bei langsamem Rückzuge dann und wann den Angriffen standhalten, nicht aber bei wilder Flucht; im Folgenden würde die Deutlichkeit gröfser sein, wenn *sensim* vor *cedendo* stände und *eos* zu *pertraxit* hinzugesetzt wäre (denn *equitatum* gehört zu *tegentis*).

14. *exorti*] oft von dem Hervorbrechen aus dem Hinterhalte gesagt. — *ipsi*] ein überflüssiger Zusatz, der durch den Gegensatz zu *equis* veranlafst ist (*ipsi integris viribus, equi recentes erant*). — *se circumfudere*] vgl. 25, 34, 8. — *flexis*] vgl. 1, 14, 9: *circumagerent frenis equos.*

15. *qui . . fuerant*] 'welche . . gebildet hatten'; das Plusqpf. ist gesetzt in Beziehung auf das folgende *interclusi . . sunt* (natürlicher wäre *erant*).

16. *triginta*] wenn auch die frische Reiterei Scipios, nicht die ermüdete Masinissas den Feind verfolgt, so ist doch die Entfernung von 6 deutschen Meilen wohl übertrieben.

17. *Carthaginiensium*] vgl. App. Lib. 14: *Ἄννων μὲν δὴ χιλίους ἦγεν ἐπιλέκτους ἱππέας Καρχηδονίους καὶ Λιβύων τι πλῆθος.* — *divitiis . . illustres*] eine von den römischen Rittern entlehnte Bezeichnung; vgl. 30, 6, 8.

35. 1. *rediere*] 'kamen wieder an', näml. im Schiffslager bei Utica. — *ominatae*] vgl. 27, 31, 3. — *repetendam*] 'wieder . . holen'; s. 21, 28, 10. — *venisse*] um das Perf. zu verstehen, mufs *ominatae*, wie § 2: *veriti*, im Sinne eines Part. praes. genommen werden; = 'sie kamen wieder an gleichsam mit der Ahnung, sie seien nur gekommen, um . . zu holen'. Der natürlichere Ausdruck wäre *venire* oder blofs *praedam alteram repetendam esse* gewesen.

2. *nom omnes*] dazu ist *auctores sunt* Prädikat; vgl. 30, 3, 6; auch Appian, Dio und Zonaras kennen nur ein Treffen gegen Hanno. Appian Lib. 14 erwähnt

ne falleret bis relata eadem res; Coelius quidem et Valerius cap-
tum etiam Hannonem tradunt.
Scipio praefectos equitesque, prout cuiusque opera fuerat, 3
ante omnis Masinissam insignibus donis donat; et firmo praesi- 4
dio Salaecae imposito ipse cum cetero exercitu profectus non
agris modo, quacumque incedebat, populatis, sed urbibus etiam
